Notredite Cour faisant droit sur le tout, sans s'arrêter a l'intervention desd. Doyen et Docteurs + de Medecine, Ordonne que la pension de mil Livres a eux accordée sera payée par preference aux trois pensions accordées par lesd. sentences, ordonne que sur les Revenus de l'Université de la presente année il en sera pris la somme de trois mil Livres et sur les années suivantes celle de mil Livres, lesquelles seront mises dans un coffres, auxquelles ne poura être touché que pour les besoins qui pourront survenir cy apres a l'Université. Et ce avant le payement des trois pensions accordées aux Docteurs de Theologie, et aux Nations de Picardie et d'allemagne. Condamne les appellans ès amandes de douze Livres, depens compansez. Si te mandons de mettre le present arrest a execution. De ce faire te donnons pouvoir. Donné a paris en parlement le vingt huitieme juillet mil sept cens douze et de notre Regne le soixante et dixieme. Collationné. par la Chambre signé Lorne, avec paraphe.

+ Et professeurs de droit a mis et met les appellations au neant ordonne que ce dont a été appellé sortira effet. Et ayant aucunement Egard a l'intervention desd. doyen et docteurs de Medecine + redd. in da ligna culot. Douet

Le trente juillet mil sept cens douze signifié scellé le trois aoust mil sept cens douze signé Boyer.

Ex eo Decreto liquet Nos plurimum praestitisse cum talem libellum supplicem peropportune obtulimus, inde siquidem factum est ut honorario professorum Nostrorum judices consulerent, atque illud deinceps in tuto positum opera nostra gaudemus.

Die Lunae prima augusti 1712 et sequentibus martis, Mercurij et Veneris diebus convenere

In Scholas Superiores Conuocati per Schedulam Doctores Omnes. Ut Baccalaureos Emeritos a Tertia ad quintam Depraxi interrogarent.

Die Sabbathi Sexto augusti 1712 per Schedulam ab apparitoribus ad Doctorum ædes pridie delatam Conuocati Sunt Omnes horâ decima matutinâ suum de Emeritorum Baccalaureorum responsionib. judicium laturi, nec non de jure Rotulj aliisque Rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi. Ubi facultas probasset Illorum responsiones hos coram admonuit ut adirent Omnes Doctores Studium et observantiam Singulis Seorsim testificaturi. Postea Decanus palam recitauit Nomina Eorum qui Carent jure Rotuli, Eo quod per Majorem partem Ordinarij non adfuerint. Tum M. Renatus Le Conte a Decano Sciscitatus est Utrum Baccalaureus ad primum Licentiæ gradum a facultate Designatus Laudabilj satisfecisset Consuetudini. ad quæ Decanus retulit Neminem adhuc apud se Venisse, quod facultati admodum displicuit; Cum Super ea re Esset deliberatura M. Nicolaus Brunel De La Carliere Sponsorem se ac fidejussorem Erga facultatem Hujus baccalaurej futurum palam affirmauit

Insuper Decanus Renunciauit facultati in Tribunalj academico Statutum fuisse Ex majori Suffragiorum parte demendum esse decimum denarium de pensionibus Academicis juxta Edictum Vectigalis Illius Regii a Principe latum. qua de Causa nundum receperat Decanus a Quæstore academiæ honorarium professoribus distribuendum Donec Ordo huic Tribunali Sententiæ Annuerit. Et ne Professores aliquid Exinde de Laboribus remitterent Suasit e Re et dignitate Scholæ Esse (quando quidem facultas libera nunc est a pensionibus quas in pauperes Erogabat) ut honorarium tam Exiguum licet, nunc mutilum restituat in integrum Supplendo ex parte bonorum Scholæ Cuiq; Professori Summam viginti Librarum distractam ab ære academiæ. Re a Decano Commissâ Deliberationi dictis rogatisq; Sententiis facultas Decreuit Id quod per decimum

denarium demptum est ab honorario ex academia professoribus designato restituendum Esse in integrum ex parte Bonorum Scholæ, atque ita ex Omnium Sententia Conclusit Douté Decanus.

Die Dominica Vigesima octavâ augusti 1712 in aula Exteriore Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi Parisiensis Decanus Baccalaureos Emeritos obtulit Meritissimo Eclesiæ Parisiensis et academiæ Cancellario, Comitatum præbente Ipsi magnâ Doctorum Catervâ, Et quoniam bono hodie bona Verba bonis dicenda sunt Decanus Orationem habuit quâ Pietatem Indiuiduam esse debere Medicinæ Comitem facilé demonstrauit

Sequenti Die Dominica M. joannes baptista Le Brethon Egregius poeta, Vnus é Baccalaureis medicis, arti medicæ, Scholæ Parisiensis Laudes oratione publica prosecutus est ac Licentiandis Panegyricum partim dixit partim cecinit.

insequenti die Lunæ horâ a Cancellario dicta Talis fuit Licentiandorum Ordo a Cancellario Et Decano subsignatus illorum Syngraphâ

Ordo Licentiandorum anni 1712

M. joannes henricus jmbert
M. joan. Bapt. Thomas Martinenq
M. joannes Baptista Sylua
M. joannes Baptista Le Brethon
M. antonius jussieu
M. joannes Besse
M. Elias Colle De Villars
M. Henricus Besnier

Pirot Cancellarius. Douté Decanus

Postquam M. joannes henricus jmbert Quæstioni a Cancellario propositæ fecit satis omnes in Genua procubuêre Et Nudo Capite Benedictionem apostolicam a Cancellario Et Licentiam obtinuêre, Inde in Basilicam se recepêre Diuinam Opem imploraturi. Gratesq; D.O.M. B.M.V. D.L.O.M.P. acturi.

Die Sabbathi tertia Septembris an. 1712 horâ
decimâ matutinâ post Sacrum conuocati sunt per
schedulam Doctores deliberaturi de jubilæo proximis
remigialibus aperiendo. et ita Visum est Ordini –
quandoquidem Schola deserta foret per Biennium
si nullus accederet Candidatus. quam ob causam
non Videbatur Opus trinâ Conuocatione, Ut jubet
Lex, cui tamen ne defuisse Videretur decanus, rem
hanc ad duo alia Comitia remisit.

Die Sabbathi decima Septembris an. 1712 horâ
decima post Sacrum iterum conuocati sunt doctores
de jubilæo aperiendo secundò deliberaturi, et ita
Visum est Ordini.

Die Sabbathi decima Septima Septembris 1712
horâ decimâ post Sacrum conuocati sunt Doctores
per schedulam, De jubilæo proximis remigialibus
aperiendo tertiò et Ultimo deliberaturi. Et ita
Visum est Ordini, atque ita jubilæum quamprimum
aperiendum ex Omnium sententia Conclusit

Douté Decanus.

Die Sabbathi prima Octobris per schedulam
conuocati sunt Doctores in scholas superiores
horâ decimâ matutinâ post Sacrum Candidatorem
supplicationem audituri. numero sex accessêre
inter quos filius Mri Antonij Le moine collegæ
clarissimj, senioris Decani ac de ordine benè meriti
Verba fecit Ordini quibus Digno parente dignum
alumnum se probauit.

Candidatis Diem dixit Decanus quo se sisterent
in scholis cum Litteris testimonialibus, vitæ, stu-
-diorum que, hâc die designati sunt Viri Litteris
testimonialibus Candidatorum Examinandis.

Die Sabbathi Octauâ Octobris 1712 post sacrum
conuocati sunt Doctores audituri Relationem
Clarissimorum Virorum qui Litteris Candidatorum
Examinandis præfecti fuere. horum senior Ubi nihil
grauioris momenti in Illis deesse palam testatus
est, quoniam Unus nuper accesserat cum sex designatis.

Septem Candidati ad Examen admissi sunt qui die Lunæ sequenti post Meridiem de rebus Naturalibus Examinati sunt, postridie de rebus non Naturalibus, die Mercurij insequente de Rebus contra Naturam palàm respondêre. Cuique insuper datus est aphorismus Hippocratis interpretandus, Die Veneris Ejusdem hebdomadis post meridiem Explicationem et Veritatem aphoristicæ sententiæ Unusquisque illorum reddidit et asseruit

Die Sabbathi decima quinta Octobris 1712 convocati sunt Doctores post Sacrum, audituri relationem Clarissimorum Examinatorum Antiquior Eorum qui tentandis Examine Candidatis præpositi Erant Narravit Omnes Candidatos propositi in quadruplici Examine Quæstionibus perbelle satisfecisse, ideoque omnes Ipsis viderentur digni qui ad Baccalaureatum admitterentur: facultas iuit in Examinatorum Sententiam Quare ita Concludente Decano Baccalaureatum adepti sunt et in Scholis inferioribus è Minori Cathedra fecêre dixêreque principium Præcone Majore facultatis apparitore L. Guid. De La Roche

M. Antonius Le Moine Parisinus
M. Petrus Afforty parisinus
M. Claudius Antonius Renard Paris.
M. franciscus Ant. Le Dran Paris.
M. franciscus Bailly parisinus
M. Joan. franciscus Giot Constantiensis
M. petrus Antonius Lepy parisinus

Atque ita Septenarius Illorum Numerus Sustinendæ Scholæ Medicæ dignitati par factus est Illi ante Principium Solitum Decano præstiterunt jus jurandum manu ad Sacra Evangelia apposita, quo Reuerentiam et honorem Decano Singulisq; Doctoribus præstituros se affirmarunt, item adfuturos se Academiæ Supplicationib? ac responsuros de duabus quodlibetariis et Una Cardinalitia.

Die Martis decima octava Octobris 1712
Divi Lucæ festo Sacrum celebratum est in
Sacello Scholarum magno Doctorum
conventu. post sacrum iter ad Comitia
appellante Guidone de La Roche Majore
facultatis Apparitore, in quibus Comitiis
ambo Bidelli deponunt fasces coram facultate
si nulla adsit adversus Ipsos querimoniæ
causa ipsis restituuntur fasces prius a
Decano Monitis Ut fidem et obsequium
sedulo et diligenter præstent. Baccalau-
reos pariter Officij sui ut bene memores sint
Palam admonet Decanus quorum obser-
-vantiam Erga facultatem novo jure jurando
manu ad Sacra Evangelia apposita denuo
denuo adstringit et obligatam tenet Decanus.

Die Mercurij decima Nona Octobris 1712
promone anniversarium Sacrum in Sacello
Scholarum celebratum est pro requie defunc-
-torum Collegarum, Inde solita Comitia
habita sunt. Quibus primum accessere
Præpositi Chirurgorum parisiensium Barbi-
-tonsorum per schedulam pridie vocati, annuum
vectigal afferunt, a Decano insuper rogan-
tur jure jurando Cultum, fidem, observantiam
et obsequium Erga facultatem polliceri ac
præstare.. postea relinquunt Catalogum
præpositorum Syngrapha Munitum

Similiter vocati pharmacopæi prætoriani
accessere Et Similem obsequij fidem sacra-
mento professi sunt

inde Decanus facultatem admonuit quod Ea,
quæ in Comitiis decernuntur sive contra minis-
-tros artis. sive in Agyrtas statim Eliminarj con-
tingeret, idque imprimis præcavendum Esse. quare
unanimis fuit super Ea re Ordinis sententia
ut Deinceps Bidelli comitia non ingrederentur
sed adstarent præ foribus. Et Majoris apparitoris

Loco, e præsentibus Doctoribus qui sederet junior, nomina Eorum coram appellaret, Ut Sententiam Ordine suo dicerent. atque ita ex Omnium Sententia conclusit Douté Decanus.

Die Lunæ vigesimo quarto Octobris 1712. Et sequentibus Martis, Mercurij et Jovis diebus a tertia pomeridiana ad quintam Baccalaurej de Materia Medica, ut ut quanta quanta sit, palam a singulis Doctoribus interrogati fuere.

Die Lunæ ultimo Octobris 1712 convocatis Doctoribus per Schedulam et Omnibus præsentibus, Decanus coram Exhibuit rationes accepti et Expensi per annum præteritum, quas Ordo Universus Gratas et ratas habuit

Die Sabbathi quinto Novembris convocati sunt Doctores Omnes per Schedulam ab apparitoribus ad singulorum Ædes prius delatam ut ad Scholas superiores accederent horâ post sacrum Decimâ Ob Electionem instituendam Professorum et Decani, Quibus præsentibus priusquam Magistratu Decederet Decanus hanc habuit et Dixit Oratiunculam

Antequam Decani provinciam alteri demandetis, V. M. quo Loco Res Vestræ positæ sint Ut teneatis, in Illis gerendis quid pensi ultro mihimet ipsi imposuerim, quidve præstiterim Enarrare Vobis tempestivum est

Scholæ disciplina integra ut servaretur, Doctores disputaturos ac responsuros Baccalaureos admonui, ut ad constitutum diem et horam se sisterent, Statutorum articulo 45.º facturi satis, obfuit tamen huic providentiæ, quæ callum quodammodo obduxit, quæsita ex priorum Exemplo indiligentia, adeo ut non a sexta, ut jubet Lex, sed ferè ab Octava ad meridiem, nunc solitum sit disputari: quod præcavere non potuit autoritas Decani, Id Vestra deinceps obtineat

Prouidendum quoq; censui, ne professorum in docendo dicendoue desideraretur sedulitas, aliorum sibi praeeuntium Exemplo, tum cursim legendo ac perfunctorie, cum in anatome cele-brandâ: Omnes pro Virili Munus impleuêre, ac laudandus praecipuè hujus anni Chirurgiae Professor, ita assiduus, ut Chirurgicas Opera-tiones, oblato, quod desideratum erat, Cadauere, philiatris extra tempus Exhibuerit. Porro V. M. ex Ore Professorum famam Vestram Pendere, in Illorum factis plurimum pericli-tari perperdite? Itaque ad haec munera designate Viros Doctrinâ Linguâq; potentes, Et praestantia ac forma Speciosos.

Contra Illicitè Practicantes Summo jure et aperto Marte agere Mens erat ut Officium: ab Eo consilio Nos dimouit acerbissimum et nimium praeceps Principum Nostrorum fa-tum, quo Medicina plurimum prostrata est. Sua est rebus Cunctis tempestiuitas, Quae fato manent praeuisa non declinantur, Et quanquam teste Aretaeo Solis Diis Omnia sint Medicabilia: Sapientis tamen fuit, quod aiunt, manum ponere de tabula tunc temporis, et enim dedecebat bellum Apertum Iis inten-tare, quos tum Oppugnasse Ipsis Victoriae pars aliqua fuisset. Sed meus, ut est, Super ea Re animus Eloquar. V. M., non litibus in quas impensae multae frustra semper collo-cabuntur, non Legum Authoritate de pseudo-medicis triumphare usquam unquam Vobis dabitur; Pace Vestrá dixero Primi Omnium Medicinam perdidistis, primi Omnium repa-retis est necesse. Ex quo namq; Scidit Se et in diversa abiit Ordo Vester, haereditas Vestra

transiit ad alienos, Dissentio Vestra apud Magnates, apud Plebem de Vobis suspicionem ignorantiæ attulit, Concordia Vestra magnam Vobis conferret fiduciam Scientiæ: Dissentio Vestra Extraneis Medicis dedit Locum, Concordia Vestra adversus ipsos inexpugnabilis foret Urbs fortitudinis Vestræ. Amicitiam itaque inter se colant hujus Ordinis Professores, Vnanimi consensu in commune bonum indesinenter conspirent Omnes, Omnem invidiæ, dissidii, despectus, Vituperii sensum deponant, Brevi suus arti honos, debita Professoribus fides tribuetur; brevi procul omnis agyrtarum Exultantium turba concidet, Brevi temeraria subditorum medicinam factitantium cohors sua superbiæ mole corruet. Societas quippe Medicorum Lapidum fornicationi simillima est, eo ipso sustinetur quo timet, si qua unius est injuria ad omnes pertinet, fovent se se mutuo Unionis vinculo, pacis et concordiæ Legibus. Verissima sunt quæ narro Vobis, V. M., Sacra res est consilium quod do Vobis, si mens non sit Læva in id intendite.

Academiæ Bona integra servassem, nisi a natura ita comparati essent Medici, ut quod unus ædificavit, alter destrueret: honorarium ducentarum Libellarum jurium Doctoribus sine causa concessum omnes Ordines ad herciscundum commune patrimonium ita compulit, ut de eo provocaverint ad supremos judices; Lite sub judice pendente et Exitu proximâ, plurimum Nos præstituros putavimus, si partem Vestram a Ruina quondam vindicaremus. in eo itaque Rerum cardine, Libellum supplicem Supremæ in Senatu Curiæ obtulimus, Cujus rationem cum haberent judices, Decreto Lato sancierunt, ne de reditu Academiæ Doctoribus Theologiæ et coeteris Nationibus quicquam unquam tribuatur, nisi cum honorarium hujus Scholæ Professoribus omne omnino persolutum fuerit: atque adeo illud deinceps in tuto positum Operâ nostrâ Gaudemus.

Ortâ pariter Lite superiorum facultatum

Adjunctos inter et Nationum Procuratores de Sede quam Occupare debent in Exequiis Principum, si Decanus Vester emunctæ naris fuisset, Eum a Sua Statione fraudulenter Ejecissent Theologiæ et Jurium Doctores, Verum futuri bene prouidus oblato peropportunè Libello Supplice, Decreto a judicibus lato Obtinuit vt in Sua Sede Majori melius firmaretur. faxit Deus ne Opera hæc nostra Euertant Alij.

Baccalaureos ad Optatam Licentiarum metam Superato tandem Stadii Medici Labore et tædio feliciter perduximus. Quatuor per bien=nium Doctorum jacturam bene compensat Vobis numerus Illorum Duplex; Primus Licentiæ gradus qui et præcipuos Semper Nobilitauit, et Scholæ Vestræ cuipiam Emolumento Esse consu=cuit, ne ab iis desereretur Effecimus: arena medica per aliquot Menses deserta fuit, at Sine damno, in Eam Septem athletæ fortes nuper aduenêre, moram hanc attulerant Duo ἰατρῶν filij quouis tempore omni gratia et fauore a Vobis Excipiendi, horum Vnus paternum Nomen et Vestrum Emerita beabit Virtute, alter si citò maturitatem consequi non posse Videatur, nolite desperare, V. M. fortioris Aquilæ non erit imbellis Columba, Est in jumentis et in Equis Patrum Virtus serius ocyus conspicienda.

De Comitiis hæc referam, Extraordinaria, quàm fieri potuit minùs frequenter habui, vt quæ indè Exurgunt Diuidiæ, odia, contentiones, Studia praua et non nullorum Simultates Effugerem. magna quondam debebatur Decano reuerentia, flore=bat tunc hic Ordo Senum Verenda Majestate Spectabilis, ad Eos, ut æquior ratio reposcit, integra judicandi authoritas, si semper fuisset delata, Tu Schola nunc Starescum cum Omnibus Ornamentis et insignibus priscæ

dignitatis: Verum hodiè Optimi quique Viri ac Sedatiores ab Ea recedunt, turbâ, numero, tumultu juvenum Opprimitur, Tot Locoontes diceres qui Signo dato conveniunt Principi Vestro Saepe fac-turo controversiam, adulant non Virtute Sed factione Scholae Munera Occupaturi, In Id aetatis Res Vestras Sublapsas Si non doletis, noscitis recidisse, quâ Sicuti aiebat in Eo quem cum Hippocrate habuit congressu Democritus, Multi inertiam prae Se ferentes quod melius est repudiant, inter Stupidos enim Suffragia Versantur, addiderim Ego et Malignos: Mitto tota Conuitiorum plaustra, quae Egerunt in Decanum et praecipuos Proceres, omnemq; quam domi alunt et è Bacchi tripode Saepius eructant Virulentioris Maledicentiae Nauseam, Illorum temeritatem purgitare Neglexi, Patrocinium quo audax Illorum proteruitas fulcitur, contempsi, Illius erit Dictatoris, quem mox facturi Estis, illos continere juvenes ἀκεφάλους, et insanum horum comprimere impetum.

Eligite itaque Virum fortem et Strenuum, qui Personam hujus Ordinis agat cum Majestate, infusam Potentiam cum Laude contineat, jura Vestra acriter tueatur, insignia, autoritatem Decanatus viriliter Sustineat. Eligite Virum Illus-trissimo Archiatrorum Comiti gratum et acceptum, qui Moecenatis cum Ordine utile foueat et Sustentet commercium; non juvenem ne in Cunis vagire videatur Schola vestra, non Elinguem ne Muta appareat, non de Servorum Gente, ne, quam Sacrae Paginae deplorant, Sortem Experiatur, non in Rebus Vestris rudem et hospitem ne mutet quadrata Rotundis; quemadmodum enim rimosa Vasa fallente Vitio non ante Exploraveris, quam liquoris Sit aliquid infusum; ita plerosq; rerum Egenos hac illac perfluere Vidimus Simul ac in Scenam fortuna Produxit: Denique Arcete Deuotum genus, quam affectat despicere per fas et Nefas ambit dignitatem. Illa pro! Scholae nostrae pudor! Semel patuit

+ si laborem. ac praeda fuit: per Vim Ereptam Nobis Sorte aequa retulit, in Ea exercenda si fidem, si animum + probaueritis, etiam atq; etiam gaudeo et gestio, simulq; si intellexeritis me in eo onere sustinendo Vnius Scholae nomine, non Vllius nexum Mancipio, non prouocatum authoritate, non spe inuitatum, non redemptum pretio, sed sacramento adstrictum, uni deditum rerum vestrarum Vtilitati, Ordinis splendori addictum, consecratum dignitati, nihil non negotii, quod se dederit, alacriter subiisse. Dixi.

VBi Decanus dicendi finem fecit, Scholae Professores imposito sibi Munere decedentes, Rerum a se gestarum seorsim et ordine suo historiam retulerunt ac Vniuerso Ordini gratias Egerunt. quo praesto Decanus palam recitauit et Alta voce Legit Articulum Sexagesimum Statutorum qui jubet, Vt Eorum duntaxat, qui per Majorem partem Ordinarij adfuerint, nomina in Vrnam conjiciantur, atque Illius Statuti fidelem obseruationem requisiuit, simulq; Eos qui carebant jure Rotuli, Eo quod per Majorem Ordinarij partem non adfuerint, coram appellauit, Nempe M. Dominicum de Farey. M. Lud. Guaiant, M. anton. de S.t yon. M. Philippum hecquet. Verum Exinde tantus concitatus est tumultus plaerisq; Statuta ignorantibus, Vt Decanus prohibere non potuerit quin huic Statutorum articulo Vis inferretur; at Eo Conatu Vltro partes suas impleuisse arbitratus est: Quare praesentium Nomina de Majori Ordine in Vrnam Conjecit, E qua Euocauit Electores M. Claudium Guerin, M. alexium

Litre. M. alexandrum petrum Mattot
de Minori pariter præsentium Nomina in Urnam
ubi demissa sunt Eduxit Decanus M. joannem
Baptistam Chomel, M. Thomam Bernardum
Bertrand. Hi quinque Electores præstito apud
Decanum consueto juramento in Sacellum se
recepêre atque consentientibus inter se ex Majori
parte suffragiis tres in Decanum Nominarunt
De Majori quidem

M. Franciscum Maillard

M. Guidonem Erasmum Emmerez

De Minori Vero

M. Philippum Hecquet qui sorte beata
Eductus est. Cuj Omnia Decanatus instrumenta
tradidit decedens magistratu Decanus, Epomidem
scilicet rubram, Veterem Statutorum Codicem,
parvum facultatis sigillum argenteum,
clavem sigilli Universitatis, clavem Decani,
postquam manu ad sacra Evangelia apposita
juravit in sequentia Verba quibus continetur
Decani Electi juramentum.

1.º quod præsentem Statutorum Librum ex fide
servabit

2.º quod Statuta et Laudabiles Consuetudines ab
antiquo receptas pro Virili tuebitur.

3.º quod Comitia non nisi per schedulam nominatim
indicet, nihilq; contra Statuta a facultate
decerni sustinebit aut concludet.

4.º quod publica et privata facultatis Negotia
sincera fide, constanti studio administrabit curabitq;
nequid per indiligentiam juris pereat facultati
Et damni accidat.

5.º quod adversus illicite Medicinam facientes,
aut si qui sint qui perfidum dixere Sacramentum,
nulli parcendo ex Lege et jure aget.

+

Academiæ Comitia.

a Die Sabbathi 7.a Novembris an. 1711.
ad Diem Sabbathi 4am. Novembris 1712.

Splendoris ac Dignitatis Academiæ foret habere peculiarem quemdam Locum publicum ad habenda Comitia destinatum, Tribunal foret, quod jus Summum Eximiamq; potentiam Illius designaret. Verum hæc haberi Solent apud Rectorem (quæ ideo Concionabula verius quam Comitia dici debent) Eo quod Sic congre=gata Academiâ Artium facultas quatuor Procuratorum Vocibus Siue Suffragiis in de=liberationibus Tres facultates Superiores Semper vincat, Sicque non parum deprimat. Nam in Loco Majorum vltima hæc facultas unica tantum gaudet Voce, quapropter apud D. Rectorem conuenire ~~Apud Rectorem~~ habet antiquius, quam apud Mathurinenses.

Porrò in his comitiis admittuntur Supplices pro jure Nominationis, Magisterii Artium Et quinquennij Studij. quod jus academiæ præclarum ac Maximum est, decernuntur insuper Omnia Negotia ad academiæ Bona Pertinentia. item quæ Spectant ad facultatem artium, Siue Lis ac contentio quædam Oriatur

inter Illius Professores illic amicè aut jure dirimitur, nec a Latis Sententiis Licet ad alios quam Senatus prouocare judices.

Die Sabbathi quinta Nouembris, Anni 1711 priuatum apud Amplissimum Rectorem et Solitum concionabulum habitum est, Cui aderant Omnes Omnium Ordinum deputati; Cui proinde adfuit Decanus a D. Rectore per Schedulam Syngrapha et rectorio Sigillo Munitam ad Ejus Ædes pridiè delatam jnuitatus

Primo Sabbathi die quæ in Mense decembri Occurrit, Menstrua comitia apud D. Rectorem de more habita Sunt; quibus interfuit Decanus Solito more a D. Rectore Rogatus, admissi Supplices, nihil quod Ordinem Nostrum Spectaret actum est.

Die Martis decima quinta decembris Supplicatum processit Vniuersitas ad Ædem ff. Minorum Deo Sacram Sub jnuocatione S.ti francisci, a D. Rectore pridie inuitata. Ipsi adfuit Decanus ovanti in Capitulo Mathurinensium magno cum Doctorum concursu

Die Lunæ Vigesimo primo decembris 1711 Extraordinaria apud Amplissimum Rectorem habita sunt Comitia ad deliberandum de Negotio ad Constantissimam Nationem pertinente, his interfuit Decanus a D. Rectore pridiè inuitatus Schedulâ rectorio Sigillo Munitâ. qui doluit Magnam Primariorum hujus Nationis Erga Procuratorem Germaniæ Simultatem, quem ab Illo Procuratorio munere dejicere volebant fictis vanisq; querelis.

Die Martis 22.o Ejusdem Mensis et Anni Comitia apud D. Rectorem de nouo habita Sunt Super Negotio Constantissimæ Nationis, quibus jnuitatus Solito more Decanus interfuit Eam potissimum ob causam Scilicet Vt Omnem dissidij causam quantum in Se foret, radicitus Euelleret, ad Idq; reliquos Proceres inuitaret, Verum tanta Eratin

Procuratorem inuidia, tot sibi infensos Ejus pro=
-bitas parauerat, ut Eum sustinere et in Munere
procuratorio servare solus non potuerit Decanus.

Die Sabbathi secundo januarii An. 1712 Ordi=
=naria et Menstrua apud D. Rectorem habita
sunt comitia, quibus ut cum coeteris Ordinum
Deputatis adesset Decanus schedulam syngrapha
et sigillo rectorio munitam pridie receperat, Req;
a D. R. inuitatus adfuit. auditi sunt supplices
Ii in quorum Litteris nihil deesset, admissi sunt,
Bené insuper prouisum ac allaboratum est
Utilitati ac Bono academiæ

Die Lunæ primo februarii 1712 horâ nonâ
matutina inuitatus cum adjuncto ut ferebat
jnuitatoria schedula a D.o Rectore Exscripta
Et sigillo rectorio munita Decanus se contulit
in ædes harcurianas D. Rectoris unà cum Eo
in Rheda Cereos Vniuersitatis Nomine Oblatum
iturus Senatus Principi, Archiepiscopo parisiensi,
aliisq; Proceribus: Porro apud Principem
Curiæ Computorum non itur amplius, quoniam
Ut par Erat Vniuersitatem non Excipiebat.

Die Sabbathi sexto februarii 1712 Vocatus
est a D. Rectore Decanus per schedulam Ejus
Syngrapha et sigillo munitam ad Menstrua
et solita Comitia apud Eundem hâc die habita
quibus interfuit cum coeteris Ordinum Depu=
=tatis de Rebus academicis deliberaturus.

Die Martis Vigesimo Tertio februarij 1712
habita est Synodus academica apud Mathurinen=
-ses horâ ipsâ septima matutinâ ad quam pridie
Decanus inuitatus est a D. Rectore Dagoumer
ab Eo subscriptâ et rectorio sigillo munitâ schedulâ
Ubi D. Rector breui Oratione præfatus de Iis qui
Munera Eclesiastica Beneficio Vniuersitatis
possident, Eosdem a Scriba Vniuersitatis M.

Viel nudo capite ex aduerso stanti ex academiæ Commentariis jussit alta voce recitari hoc ordine et formula

Rotulus Beneficiariorum
almæ Vniuersitatis Parisiensis.

Curatus Eclesiæ Parochialis
S.ti Germani Veteris

M.

Curatus Eclesiæ Parochialis
S.ti Andreæ de arcubus

M.

Curatus Eclesiæ Parochialis
S.S.torum Cosmæ et Damiani

M.

Capellani de Sauoisy Quinque

m.
m.
m.
m.
m.

Capellani Castelleti parisiensis
Tres

m
m
m.

Capellani Thesauri Regis Duo

m.
m.

in Eclesia parochiali S.ti andreæ
De arcubus Vnus

M.

Huic Synodo adesse tenentur Dicti Beneficiarij aut Saltem Legitimam Absentiæ causam Syndico tradere

Inde Eâdem Schedulâ monitus Decanus præsto fuit apud Regiam Nauarram ad Sigillandas litteras Magisterij et Nominationum unà cum D. Rectore D.D. Decanis, quatuor Procuratoribus, Syndico, Scriba et Quæstore

Tandem horâ primâ post Meridiem hujus diei inuitatus cum adjuncto Academiæ Censore in ædes Rectorias Se contulit Decanus ad audiendas Rationes Quæstoris Academici, quæ a Singulis Ordinum deputatis probatæ Sunt.

Die Sabbathi Sexta Martij Menstrua et Ordinaria concionabula apud Amplissimum Rectorem habita Sunt, quibus interfuit Decanus Schedulâ sigillo rectorio munita, pridiè inuitatus, inter negotia præcipuè actum est de Itinere Versaliarum, quod Suscipiendum erat ab Academia nuper a Ill Regio nomine per Epistolam a D. Desgranges augustalium Rituum præfecto allatam jussa Et monita, Statutum est quo ritu et quo Ordine Procederet Academia

Quare postridiè Siue die Dominica Septima Ejusdem Mensis Migrauit Academia Versalias ad Testificandum Regi Optimo acerbissimum dolorem Suum ob raptum Violentâ morte Serenissimum Delphinum Pronepotem, Ejusq; conjugis Serenissimæ Delphinæ triste admodum fatum jn aduentu et reditu Vniuersitas non multum honorificè fuit Excepta, parumq; adfuit quin Viri qui Vocantur Academici ante ipsam cubiculum Regium ingrederentur, Quidam enim ex Ipsis clanculum et a Tergo Spectantium cum Sociis obrepserant et ad fores Cubiculi Regij ante Rectorem peruenerant, quos Rector Vir fortis et generosus illicò remoratus est atque arrepto ab Eo abbate qui Vocatur Renier, si benè

memini, Is quippe erat qui nomine dictæ academiæ Regi orationem dicere debebat; itaque murmure quodam inde excitato aperhiq; foribus utrinque Regii Cubiculi factum est ut Rex ipse decerneret quinam primi ad suam Majestatem accederent et ad suos pedes humillimè deducerentur, isque supremus Honos Rege palàm Edicente et jubente Universitati, ut æquum erat tribueretur. Porro amplissimus Rector D. Dagoumer tam disertis verbis Regem allocutus est ut cœteris Oratoribus palmam facilè præripuerit, plurimumq; gloriæ inde reportarit Universitas.

Die 4° Martij an. 1712 Extraordinaria apud amplissimum Rectorem Comitia habita sunt horâ post Meridiem sesquiquarta quibus adfuit Decanus per schedulam monitus agi de negotio gravissimi momenti; Revera D. Rector invigilans Universitatis splendori, totusq; Excubans Illius utilitati cogitabat de Libello supplice offerendo Illustrissimo Galliæ Cancellario tum adversus Academicos viros qui ausu temerario primam scientiarum parentem Universitatem præcedere nuper ad Cubiculi Regii fores tentaverant, cùm etiam ut certò definiretur àc constaret deinceps quo ritu exciperetur Universitas tam in ingressu quam in Egressu. Conatum Ampl. Rectoris plurimum laudavere Ordinum deputati communemq; operam polliciti, spoponderant quam-primum Ipsi tradituros quæ super Ea Re in Com-mentariis scripta sunt

Die Martis decimâ quintâ Martij horâ ipsa octava Matutina, convocavit Rector amplissimus omnes academiæ Ordines in perystillium Mathuri-nensium, habitâq; oratione a Deputatis impetravit ut probarent Ea quæ gesserat in trimestri Magistratu obidq; Ipsi decernerent Litteras commendatitias cum amplissimo Comitatu ad ædem Deo sacram sub invocatione B.æ M. Virginis in Harcurio. Ipsi plaudentibus deputatis factum est satis Ejus postulationi

Die Sabbathi decimâ nonâ Martij 1712 Decanus per schedulam a Rectore invitatus ut se conferret in Regiam Navarram ad sigillandum, pluribus tunc distractus negotiis ibi adesse non

ponit, quare Claues sigilli tradidit Roberto guidoni La Roche majori facultatis apparitori ne absentia Decani remoraretur Literas Magisterii et Nominationum.

Die Sabbathi secundo aprilis 1712 de more Comitia Menstrua apud D. Rectorem habita sunt his interfuit Decanus cum coeteris Ordinum deputatis ad Illa per schedulam syngrapha et Rectoris sigillo munitam Legitimè Vocatus: in Iis admissi supplices et varia negotia ad Universitatis Collegia ob decimum denarium discussa, quibus ab Amplissimo Rectore sapienter Consultum.

Die Martis Quinta aprilis 1712 apud Mathurinenses hora septima Matutina convenit Decanus a Rectore inuitatus per schedulam subscriptam cum coeteris deputatis ad Celebrandam Synodum. Inde occasione datâ Pergamenus et Bibliopola inter officiarios Universitatis adscripti sunt

Die Mercurii decima tertia aprilis an. 1712 hora post Meridiem primâ apud Rectorem ampl. Extraordinaria Comitia Deputatorum habita sunt in quibus sedes et Locus quem occupare debent adjuncti Deputatorum in publicis Principum Exequiis Designatus est.

Postridie hujus Diei siue decima quarta aprilis D. Rector conuocauit in aedes Rectorias Omnium Universitatis Ordinum Deputatos ad Excipiendum horâ decimâ Matutinâ accedentem ad academiam Dominum augustalium praefectum Rituum. Porrò non accessit D. Desgranges sed D. D. Comes De Dreu primus horum ce Rituum Magister cui obuiam ierunt Viri academici Eumq; e curru decedentem Exceperunt et ad Locum in quo sedebant cum Amplissimo Rectore Academiae Deputati duxerunt, Qui hace Comitia ingressus Universitatem Regio Nomine ad solemnes Principum Exequias inuitauit Conuocauitq;

Die Lunae Decimo Octauo aprilis 1712 Ampl. Rector migrauit Urbem Sandionysicam Eum Comitante magnâ Deputatorum, adjunctorum, Virorumque

academicorum Caterva, Ubi omnes Majoribus infulis ornati, purpuramq; induti Decani Solemnes Serenissimi Delphini et Serenissimæ Delphinæ Exequias sunt prosecuti. Academiam Excepit a limine chori D.D. Comes De Dreux, quam ad Destinata propé loca magno cum ordine disposita duxit. D.D. Maboule Episcopus andegavensis funebrem habuit Orationem.

Die Sabbathi septima Maij Ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia apud Ampl. Rectorem habita sunt, quibus invitatis per Schedulam Syngrapha et rectorio sigillo munitam interfuit Decanus, plures sunt admissi Supplices, aliaq; negotia discussa ad Ordinem nostrum nusquam spectantia.

Die Martis decimo Maij horâ sesqui octava Ma-tutina ad Scholas nostras accessit Amplissimus Rector ipsum comitantibus Viris academicis bene multis, adfuêre quoque Nationum procuratores, superiorum facultatum adjuncti et Decani, qui omnes purpurati cum Majoribus infulis ad Eclesiam Metropolitanam processêre, Ubi Serenissimi Delphini et Serenissimæ Delphinæ Solemnes Exequias prosecuti sunt.

Die jovis duodecimo Maij Extra Ordinaria apud Rectorem Comitia habita sunt horâ decima matutina cum Dimidiâ, quibus interfuit Decanus per Schedulam rectorio sigillo et Syngrapha munitam, in iis actum est de libello supplice academiæ oblato, de decimo Denario pro locatione Collegiorum

Die Mercurij primo junii 1712 Extraordinaria Deputatorum Comitia apud D. Rectorem habita sunt horâ primâ pomeridiana; quibus rogatus per Schedulam sigillo rectorio et Ejus Singrapha munitam adfuit Decanus. in quibus Amplissimus Rector dixit inter academica Bona recenserj Domum in Vico Universitatis, quæ U-Vetustate ruinæ proxima erat, et multis reparationibus Unoquoq; anno Oneri magis quam Utilitati foret quade causa convocaverat deputatos ut perpenderent num præstaret magis Illam vendere. Remissa in deliberationem Decanus Medicinæ Dixit Rem hanc gravioris Esse momenti quam ut inscijs Ordinibus de Illa statuerent Deputati, quare

postulavit Ut super eo negotio consulerent suos deputati Ordines quorum sententiam tenerentur referre. atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum est.

Die Sabbathi quarto junii 1712 hora post meri=diem primâ apud Rectorem Ordinaria Deputa=torum Comitia habita sunt, in quibus supplices in quorum Literis nil deerat referente Syndico admissi sunt.

Die Sabbathi decima Octava junii 1712 Invitatus cum adjuncto Decanus per Schedulam Recto=ris Syngraphâ munitam accessit cum Censore ad Ædes Rectorias ubi omnes Ordinum Deputati purpuram induêre et unà cum Amplissimo Rectore in Exteriores Sorbonæ Scholas processêre seque cum maximo Principum tum Ecclesiæ cum Senatus ac insignium Omnium Urbis Ordinum Virorum concursu recepêre, in quibus Coram Ipsis Rector annuum Ludovico Magno panegyricum dixit.

Die martis vigesimo primo junii 1712 Solemnes academiæ supplicationes habitæ sunt, Octavâ matutina Rector cum Ordinum deputatis adjunctisq; benemultis Doctoribus, academicisq; Proceribus apud Mathurinenses se recepit, habitâ prius Oratiunculâ petiit ut quas per trimestrem Magis=tratum Gesserat probarent Decani, quo peracto Processum est ad ædem Deo sacram sub invo=catione S.ti jacobi ab alto passu.

Die jovis vigesimo tertio junii 1712 Extraordinaria Deputatorum Comitia apud Ampl. Rectorem habita sunt. post decem supplices, ad Tribunal academicum stetit se Censor honorandæ natio=nis Gallicæ, eoq; nomine postulavit contra Syn=dicum M. Edmund. Pourchot. Verum cum istud negotium nihil ad ordinem pertineat, supervacaneum foret illud in Commentariis transcribere.

Die Sabbathi vigesimo quinto junii an. 1712 horâ prima post meridiem indicta sunt Comitia

Extraordinaria apud Ampl. Rectorem quibus adfuit Decanus pro more per Schedulam pridie inuitatus, in quibus conquestus est Dominus Rector quod Author paginæ publicæ nunciorum siue Gazulæ quæ vna quaq; hebdomadâ Volat et Erumpit in Vulgus cum de publicis Principum Exequiis ab academia celebratis mentionem fecit, Ita de Rectore Locutus fuerit Ut Videatur iis adfuisse comitantibus quatuor Nationum Procuratoribus tantum non Vero Tribus Superiorum facultatum Decanis, omiseritq; Rem Sacram a Decano Theologiæ peractam esse Et Numerosiorem Doctorum Et Virorum academicorum frequentiam. Quare cum Hujus Libelli publici Author aut rerum academicarum minus peritus aut male aliunde Edoctus, ne quid simile in posterum accidat, actum sibi dari postulauit D. Rector quo deinceps notum sit dictum authorem aliena a Veritate in Vulgus disseminasse. Re missa in deliberationem dictis rogatisq; Sententiis placuit Vnanimi Consensu dari amplissimo Rectori actum quem postulat quo pateat funebrem pompam Diei 4. junii falso fuisse ab authore Gazulæ fuisse 11° Ejusdem Mensis die Enunciatam.

Deinde amplissimus Rector dixit Ill. Virum Dominum De Bouville Comitem consistorianum nudius tertius de academia tam bene meritum in negotio decimi Denarij: de coemenda Domo sita in academiæ fundo suburbij Sangermani cogitantem, postulare de censualibus obuentionibus agi secum vt solet agi in liberis venditionibus. Re missa in deliberationem Vnanimi Consensu placuit Exigi modo duodecimum Denarium Eidemq; Viro Illust. per amplissimum Rectorem significari ni fixa certaq; Lex Esset, a qua nefas est recedere, ob recentia Ejusdem in academiam beneficia, nihil aut saltem multo minus Exactum iri. atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum.

Die martis vigesimo octauo junii apud Ampl. Rectorem conuenêre Omnium academiæ Ordinum Deputati horâ ipsâ pomeridianâ primâ et inde Eundem comitati sunt ad Collegium Lexouium in quo tinnientibus tintinnabulis exceptus est, Vbi implorata prius Sancti Spiritus ope in dicti Collegii Sacello, itum est ad Cubiculum Gymnasiarchæ accedentibus omnibus Officiariis, Bursariis, Exploratum est Vtrum Omnes Officio suo bene fungerentur, nihilq; Ipsis deesset tum ad Victum cum ad priuata Eorumdem studia.

Die Sabbathi secundo julij 1712 horâ primâ post meridiem habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud Ampl. Rectorem, Ubi pro litteris nominationis tres supplicuerunt, quibus concessæ sunt Cum antea sæpe actum fuisset in præcedentibus Comi=tiis de Vendenda academiæ Domo suburbij Sangermani quam prius conducebat D. D. Polemarchus de Catinat, Et quam nunc D.na D.na Ducissa destrée Conducit, Emptorq; reperiretur Vir honesti. Solvendo par inter paucos; Ven=dendi autem Causæ Erant, quod quamdiu Universitas jllam possideret Domum nulla unquam obvenirent jura Censualia, movebat autem id præcipue quod impensæ multæ refectionum anno hoc ipso factæ Erant, pluresq; ante paucos annos videbantur faciendæ, qua de Causa jussu D. Rectoris consulti ordines singuli, plerique suis Deputatis permiserant; Negotium in Eo vertebatur num si quem alium fundum Emeret ex Ea pecunia Universitas, immunis futura esset a solvendis juribus mutationum et jugis Mancipii, cumq; consulti Patroni Viriq; periti rerum Ejusmodi, non fore immunem respondissent, placuit prædictam Domum non Vendi. atq; ita ab Amplissimo Rectore Conclusum fuit.

Die Sexto julij Lustrata fuerunt Collegia Monta=cutium et Rubantinum, Cui Lustrationi Decanus interfuit invitatus per schedulam syngrapha et rectorio sigillo munitam.

Die nono Ejusdem Mensis processum est ad Lus=trationem Collegiorum S.tæ Barbaræ et Grassinæi. postquam in aula harcuriana Coram Ampl. Rectore Decanis et procuratoribus comparuissent Collegiorum Lexovei Et justiniani procuratores, qui quod jussi erant nullâ interpositâ morâ e suis Collegiis Eliminare Mercatores, apothecarum Conductores, in quibus recondebant merces nihil ad studiosos et academiam pertinentes, declararunt se Mandatis academicis satisfecisse, dederuntq; in Manus syndici syngraphas prædictorum Mercatorum quibus se pollicebantur ante quindecim dies suas Merces a suprâdictis apothecis

Educturos

Die Mercurij Decimo tertio julij 1712 ab amplissimo Rectore comitantibusq; Ordinum Deputatis Lustrata fuerunt Collegia De justitia et de Thesaurariis

Die Sabbathi decimo Sexto Ejusdem Mensis Eodem ritu Lustratum fuit Collegium Augustodunense, in aula prius harcuriana congregatis cum ampl. Rectore Decanis Et Procuratoribus; Cum D. Ducissa Destrées præ se ferret, se cum primum posset, relictâ Domo Universitatis Et jam nunc inquirere si quem inveniret, quem inito contractuj cum academia substitueret, quodq; Ubi honestissimus D.nus Langlois Publicanus Egregié in Universitatem affectus se prædicto contractui si D.D. Destrées cederet, iisdem ac ipsa conditionibus subrogari postularet.

Re missâ in Deliberationem placuit Unanimi consensu, quoniam D. Ducissa Destrées suo contractu ante præfinitum tempus cessura est, Neminem alium quam D. Langlois Publicanum subrogari, Eamq; jam nunc fidem nomine academiæ per D. Rectorem fieri et cum Eo Contractum iniri, atq; ita ab ampl. Rectore conclusum fuit

Die vigesima prima julij per Schedulam Syngrapha et rectorio sigillo munitam et ad Decani ædes delatam indicta est Lustratio Collegij Magistri Gervasij Christiani quæ vigesimo tertio Ejusdem Mensis a D. Rectore Et Ordinum Deputatis peracta Est.

Die trigesimo Ejusdem Mensis Lustratum fuit Collegium Dainvillæum.

Die Mercurij tertio augusti Continuata est Lustratio Collegii Dainvillæj, Lustratum quoq; est Sagiense.

Die Sabbathi Sexto Mensis augusti 1712 habita sunt Ordinaria Comitia Deputatorum in aula harcu-riana, Ubi Supplices auditi sunt, quibus placuit indulgeri Deinde accessere ad Comitia Viri academici atque pro-fessores honorandæ Nationis ut dirimeretur Controversia quæ inter Illos ortæ erat, Lecto Libello supplice a Nationis Gallicæ Censore prolato, auditis Utrinq; partibus remissa in deliberationem placuit perindinari, interim Utriusq; partis momenta et rationes intra quatuor Dies

tradi Scripto in manus procuratoris Normanniæ
Ut perspecta cognitaq; re, postea intra octo dies referat
ad academicum Tribunal. atq; ita ab amplissimo
Rectore Conclusum fuit.

Die decimo tertio Mensis augusti in pervigilio
assumptionis B. M. Virginis habita sunt Comitia
Ordinaria in quibus nihil attentione dignum
ac memoratu actum est.

Die decimo septimo augusti Extra Ordinem habita
sunt apud D. Rectorem Comitia Deputatorum
Ursitatis, quibus Decanus adfuit per Schedulam
pridie invitatus, supplicuêre plures pro litteris
nominationis, quibus placuit indulgeri, insuper
discussum est quomodo bené provideretur Victuj
Bursariorum statutumq; est Mensam Illorum in
Collegiis restituendam esse, quó impediretur ne
diversoria frequentarent.

Die vigesimo tertio augusti 1712 Extraordinaria
comitia habita sunt in aula harcuriana horâ
post Meridiem prima quibus cum coeteris depu-
tatis Universitatis interfuit Decanus per Schedulam
rectorio sigillo Munitam invitatus, in his statu-
tum est Domum Universitatis Locandam Esse
D. Langlois atque inito academiam inter et
prædictum D. Langlois contractuj subsignatum
est a deputatis.

Die Sabbathi vigesimo septimo augusti 1712
habita sunt in antecessum Comitia quæ mense
septembri habenda de more Erant, ob vacationum
tempus quo plerique Deputatorum absunt,
in quibus Decanus petiit iterum Ut summa
centum Librarum de honorario professorum
dempta ob decimum denarium, quoniam anno
præterito soluta erat Ordini suo Concederetur.
Cui petitioni in gratiam Decani annuerunt
Deputati, verum quoniam de ea re omnes non
Erant consulti Ordines ad proxima Negotia

istud negotium remissum est. in his etiam Comitiis magna imminente Vacationum tempore adesse solet supplicum frequentia.

Die primo Octobris 1712 Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis habita sunt in Aula Harcuriana supplicibus duobus placuit indulgeri. Comparuerunt è Constantissima Natione multi Viri, alij cum M.o Cotti Exprocuratore, alij cum procuratore M.o Martinot. M. cotty denunciatione ritè facta die 26 Septembris per apparitorem Venerandæ nationis vadatus fuerat ad hæcce Comitia mgrum martinot, oblatoq; Libello supplice postulabat 1.um juxta Senatus consultum diei 4.o decembris 1683 confici Catalogum ex viginti antiquioribus Magistris qui Parisiis actu residerent vel deberent residere juxta conclusionem academici Tribunalis latam vigesimo primo martij 1673. 2.o ut dictus M. Martinot prædictum Senatus Consultum an. 1683 quod penes se haberet, exhibere coram academico Tribunali cogeretur. 3.o ut conclusio lata in Comitiis Nationis die 1.o augusti anni præsentis Executioni mandaretur Eiq; dictus M. martinot nunc procurator et M. Merik Censor subscribere teneretur 4.o Deniq; conclusionem Ejusdem nationis latam in Comitiis Extraordinariis 24 7bris nuper Elapsi irritam declarari. Mgr Martinot prædictum Senatus consultum an. 1683 protulit et respondit ad Omnia. auditis itaq; partibus et audito Syndico, re missa in deliberationem placuit haberi primo quoq; die comitia dictæ Nationis quibus istud negotium omne constabit, si quid præterea supervenerit difficultatis ab ipso statim amplissimo Rectore dirimi, sin minus poterit animos placare, difficultates apud Academicum Tribunal in proximis Comitiis disceptari.

Cum die decima quarta Aprilis nuper Elapsi facta conclusione de Sententiis Ordinum Academicorum placuisset ex pensionibus annuis, quas academia concessit Ordinibus ac Viris de se bene meritis, retineri secundum Edicta regia decimum denarium, Cumq; hoc anno decuma duplex è prædictis pensionibus a quæstore diminueretur, Eo quod in solvendo nulla fuisset anno superiore retenta. M. Douté Saluberrimæ facultatis Decanus postulaverat Ordini suo ea in re indulgeri, fieri enim vix posse, ut

accepta anno Elapso Pars Illa Pensionis repeteretur a Professoribus qui docendi munus pro consuetudine medicæ facultatis absoluto cursu Exuissent. Re per amplissimum Rectorem ad deliberandum proposita M. Deferiere Assidens pro D. Decano C. f. dixit nescire se quid id Rei Esset, postulare tantum vt nihil Ordini suo noceretur. Mgr. vero De Laroq; Theologiæ Decanus et quatuor Ornat. Procuratores Nationum dixerunt Consultos a se super Ea Re Ordines suos voluisse id quod petebat M. Douté salubeRimæ facultati indulgeri, atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Die jouis Sexto Octobris Solemnes Academiæ Supplicationes habitæ sunt. horâ octauâ Matutinâ apud mathurinenses coram Ordinibus. Rector Ampl. habuit Oratiunculam qua a Deputatis Ordinum impetrauit Litteras commendatitias, probari Ea quæ per bimestrem Magistratum gesserat, quo peracto cum Ipso processere Ordines supplicatum ad ædes Deo sacras sub jnuocatione S.ti Eustachij. in Angulo mathurinensium prius placuerat indulgeri supplicibus. Prætereà michael du Sautoir Ciuis parisin.s supplicuit concedi sibi vnum Officium Librarij nunc vacans è viginti quatuor quibus fruitur Vniuersitas. Syndicus Dixit Illum esse virum probum, rudimentum artis Librariæ sub non poenitendo Mercatore Posuisse apprimè ideo peritum, Et ad artem cum honore Exercendam Opibus instructum satis. Re in deliberationem missa. Theologiæ Decanus dixit Censere se prædicto supplici indulgendum ea conditione ut diuitem Officinâ aperiat in Vrbe contractum q; conducta a se Domus proferat intra tres menses, quam sententiam Deputati amplexi sunt. atq; ita a D. R. Conclusum.

Die Sabbathi Octauo Octobris horâ post Meridiem primâ præsentibus Amp. Rectore, Ordinum Deputatis, Procuratoribus Nationum, Viris q; academicis sigillatum est in Regia Nauarra.

Res Gestæ apud Chirurgos.

Die Veneris quarta decembris 1711 Chauuet Chirurgiæ Tyro interrogatus est de Rebus anatomicis, Decanus solita schedula huic Examini ut adesset jnuitatus est.

Vltimo decembris 1711. Trypner Chirurgus Ordinarius S. Ducis Biturici cooptatus est præsente Decano cum duobus Doctoribus

Nono Martis et jouis Vndecimo februarij 1712 Chauuet interrogatus est de Variis modis phlebotomiæ, Quic Examini ut adesset per schedulam ad ædes suas delatam inuitatus est Decanus.

Die martis 5.o aprilis et septimo Eiusdem Mensis Chouet de medicamentis interrogatus est Decano prius jnuitato

Die jouis nono junij 1712 inter Chirurgos parisienses annumeratus est dictus Louftenau Vnus è Chirurgis famulantibus S. D. Biturigum Decanus aderat cum comitantibus duobus Collegis.

Dies Lunæ Vigesimo junij 1712 Dictus henrique artis Chirurgicæ Tyro primum tentatus est coram Decano et duobus Collegis

Die Lunæ decima Octaua julij Idem henrique iterum Examinatus est præsentibus Decano et Sociis.

Die trigesimo julij dictus L'herbon Chirurgicæ artis Tyro primo tentatus est Examine, Cui jnuitatus Decanus adfuit cum duobus Sociis

Die martis trigesimo Augusti Dictus henrique de osteologia interrogatus est jnuitato prius Decano

Pridie sue Vigesimo nono Eiusdem Mensis dictus L'herbon Examine tentatus fuerat coram Decano et duobus Collegis

Die martis Vigesimo Septembris et die jouis sequente De osteologia jnterrogatus est dictus L'herbon

Die Veneris Vigesimo Tertio Septembris 1712 dictus

De Larrouy de La Croix in Ordinem Chirurgorum
Parisiensium cooptatus est præsente Decano
Die Sabbathi vigesima quarta Septembris 1712
Dictus Bouquot cooptatus est inter Chirurgos Pari=
=sienses coram Decano
Die Sabbathi Octavo Mensis Octobris 1712
Similiter aggregatus est dictus Flandio de Morablanc
Die Sabbathi decima quinta Octobris 1712 dictus
chauvet Ultimo Examine tentatus est approbante
Decano cum duobus Collegis
Die martis decima Octava Octobris 1712 dictus
chauvet peracto Chirurgiæ Specimine renunciatus
est Chirurgus parisiensis præstito prius jure jurando
aderant cum Decano duo de more Doctores Medici.

Obstetrices

Anna Godizart vigesimo Octavo Novembris 1711
Suzanna Le françois } ambæ 19.a februarij 1712
Ludovica Bastien
Maria anna Bariat 22.° februarij 1712
Maria anna Corvizier Septimo aprilis 1712
Dicta Gersant vigesimo tertio Maij 1712
Dionysia francisca Gaudin die Septimo junij 1712
Dicta Le Moine 22.° junij 1712
Maria Theresia Auit 21.° julij 1712
Maria Maillard 2.° augusti 1712
Elizabetha fief 3.° augusti 1712
Maria anna Caranda 9.° augusti 1712
Maria magdalena prudhomme 26. augusti 1712
Ludovica adancourt 2.° 7.bris 1712
Quæ omnes præsente Decano de partu ejusq
causis et Symptomatis interrogatæ sunt tandemq
inter Lucinæ Ministras annumeratæ.

Res Gestæ apud pharmaco-
-pæos Parisienses

Die jouis duodecima Maij 1712 Nicolaus Pia Tyro pharmaciæ palam Lectura et Examine tentatus est a Decano, pharmaciæ Professoribus, præpositis reliquisq; pharmacopæis, Moderatore prædignae pharmacopæo Parisiensi.

Mors Victoria suæ, testatur
Id instante Morte mente
Impavida, cui licuit dixisse,
Vixi. testatur et libera
Christianæ Religionis ~~Commen~~
Commendatio quam ad
extremum usque spiritum
se se adorare professus est.

Dixi.

Enarratis omnibus quæ
variis in Comitiis ~~de~~
~~[illegible]~~ acta sunt per
annum; restituendum superest
Die decimo octavo octobris
1765 iuxta laudabilem
Consuetudinem festum Divi
Lucæ Celebratum fuisse
Solemniter in Sacello scholarum
facultatis.

Post sacrum Bidelli deposuerunt
fasces in Conclavi Comitiorum
quæ fuerunt ipsis reddita;
prius quidem obiurgato graviter
et severe minore Bidello

Dicto Sauuet propter
Innumera Ejus Malè facta,
propter quae nihil nimis profectò
factum esset, si ex aedibus
facultatis Dimissus Et Ejectus
fuisset.

Tum et Baccalaurei suam ordini
praestiterunt fidem.

Postridie Divi Lucae 19 octobr.
1719 horâ nonâ sacrificium
pro Doctoribus Defunctis confectum
Est.

Subindè accesserunt Pharmacopaei
Prattoriani qui promiserunt
obsequium et reverentiam
facultati

Praepositi quoque Chirurgorum
Barbitonsorum stiterunt se,
Deficiente Legato, sine quo
noluit facultas illos ad
Juramentum admittere

Res gestae
apud Chirurgos

Renuntiati sunt Chirurgi
Jurati
Die mercurii 3 aprilis 1715.
qui vocatur Isez
Die sabbati 25 maii 1715.
qui vocatur Leurye
Die sabbati 22 Junii 1715
qui vocatur de manbeville
Die mercurii 26 Junii 1715.
qui vocatur fremont
Die sabbati 3 augusti 1715:
qui vocatur Caqué

Hi quidem omnes subiere solemnes
formatas examinibus antea
multiplicibus tentati, quibus
omnibus Interfuere Decanus
facultatis et adjuncti duo.

Cooptati vero
Sive aggregati sunt Compendiarie
Die mercurii 19 decembris 1714
qui vocatur ~~ferier~~ Drouin
Die mercurii 13 martii 1715.
qui vocatur ferier
Die martis 15 octobris 1715
qui vocatur de la Peronie

Similiter Decanus adfuit
Cum adjunctis.

Obstetrices

Obstetrices
apud Chirurgos examinibus
tentatae et probatae fuerunt
coram Decano et medicis ordinariis
Castelleti

Die mercurii 30 Januarii 1765
quae vocatur vignault

Die Jovis 31 ejusdem Januarii 1765
quae vocatur gaultier

Die sabbati 13 aprilis 1765
quae vocatur françois

Die sabbati 27 ejusdem aprilis 1765
quae vocantur ardel et gossouin


Die Lunae 29 ejusdem
quae vocatur auclin

Die Veneris 18 octob. 1765
quae vocantur Burgier et Dubois

Die Jovis 24 octob. 1765
quae vocantur Langlois et Coin.

Caeterum

Caterinam Lilgebonnille Tous
probatas fuit apud Chirurgos
Die Sabbati 22 mensis Decembris
1714 qui vocatur le Combe;
praesente Decano facultatis et
adjunctis duobus ab ipso lectis.



Res gesta
apud Pharmacopaeos

Visitatio Pharmacopaeorum officinarum est per annum qui vocatur le brun. — Praesente utique Decano cum utroque Pharmaciae professore. — Cum iis sunt de quibus desiderari solent specimina.

Per menses augustum et septembrem Decanus et professores cum adjunctis pharmacopaeorum praepositis lustraverunt medicamentarias omnes urbis officinas.

Res gesta In academiâ.

Anno Domini 1719. die sabbati
2 martii, In comitiis ordinariis,
Magister Joannes Doye Decanus
saluberrimae facultatis dixit, sibi
cum saepe antea, tum maximè quo-
die nuper a quaestore generali Computa
reddebantur, mirum visum fuisse,
quod decima pars pecuniae retineretur
ex pensionibus quas Universitas quibusdam
e suis ordinibus ac viris de se bene
meritis concessit. Sanè pensiones eas
seu natura illarum, seu usus
spectetur, non esse de genere bonorum
contentorum In Regiis Edictis de
decimo denario; Nam neque esse
usuras crediti alicujus pecuniae,
neque fructus alicujus fundi,
pecuniariâ conditione relicti; sed
honorarium, ac meram optimae
parentis In filios suos Liberalitatem.
quam obrem postulabat ut In posterum
non retineri decimum denarium ex
pensionibus ab academiâ concessis,
ac de hac postulatione sua
deliberari.
Re In deliberationem missâ,
postulatio aequa visa est,
attamen

attamen ad alia Comitia
Conclusio super ea re fuit
remissa.

Die sexta aprilis anni 1715.
Decanus Sacrae facultatis, Et
decanus Consultissimae facultatis
retulerunt se Esse in sententia ut
non retinerentur in posterum
decimae pensionum. Procurator
Picardiae pariter sentit. Pro
natione germanica nemo intererat
In Comitiis. Tum vero procurator
Normaniae dixit se intercedere
ne decimae pensionum relaxarentur;
Illi se se adjunxit procurator
nationis gallicanae.

Rector, vincente suffragiorum
numero Conclusit decimum denarium
Ex academicis pensionibus non amplius
retentum Iri.

Postulatumque Est a procuratoribus
nationum gallicanae et normaniae
Ubi vellent In medium proferre
suarum Intercessionum rationes;
qui responderunt se non habere ad
manum.

Placuitque momenta Intercedendi
utriusque nationis ad ordinaria
mensis maii Comitia afferri; Ut ad
quod

quod illis audiris ac perpensis —
et quum declararetur, admitteretur
Inter omnes.

Die quarta mensis maij, De
Intercessione facta a procuratoribus
supradictarum nationum adversus
Conclusiones mensium superiorum —
Circa decimam amplius non —
retinendam pensionem ab
academia Concessarum, Cum ab
utriusque nationis procuratoribus —
quaesitum fuisset, quibus momentis
ad intercedendum niterentur; —
Procurator normaniae respondit —
suam nationem a supradictis —
Conclusionibus ad Curiam provocasse,
nullamque se rationem hic
et nunc allaturum
Procurator galliae quoque —
respondit, sibi a sua natione —
fuisse mandatum ut ad —
appellationem normanicae
procuratoris accederet, a sua
tamen natione, si sibi quemadmodum —
picardicae nationi mille annuae
pensionis libellae concederentur,
nihil sibi motum iri.

procurator

Procurator autem Normaniæ
Dixit quoque suam nationem
In eadem esse sententiâ, in
quâ natio gallicana.

auditis porro Equestique
procuratoribus utriusque nationis
Re In deliberationem missâ,
placuit Intercessionem Illorum
Esse removendam.

ab Eo tempore, et quidem per
utrumque nostri Decanatus
annum, decima pensionum
non fuit amplius rebenta.
Gaudemusque quod nostrâ Curâ
tale bonum Contigerit.

Nihil mihi Visum est per annum
apud academiam Contigisse, quod
ad ordinem saluberrimum peculiariter
pertineret, præter Ea quod non
Enarravi; quapropter Hos
Commentarios Non onerabo
superfluis.

Sequuntur
tabulae accepti et expensi
per primum annum
nostri Decanatus

Tabula accepti

ad memoriam annua locatio majorum ædium est de 350.lt cadunt in diem ultimum septembris, proindeque desideratur pretium trimestris locationis de 87.lt 10s quod non accepit Decanus.

Desideratur etiam pretium trimestris locationis minorum ædium, quod est de 60.lt quod non accepit decanus, siquidem annua locatio est de 240.lt

Nota quod Decanus nihil accepit hoc anno a Domino Boucot.

Caput primum accepti
Ex annuo reditu facultatis.

a viduâ Pepin pro locatione majorum facultatis ædium cadente In diem ultimum Junij 1715. accepit Decanus	262.lt	10s
a grado pro locatione minorum ædium facultatis cadente pariter	180.lt	
a quæstore univ. pro proventu cadente ~~pariter~~ In diem ultimum Junij 1715 pro sex primis mensibus	44.lt	

Caput secundum accepti
a Baccalaureis
In quodlibetariis disputationibus pro stipendiis Lectorum et registro

	4.lt	10s
a Lebert	4.lt	10s
a peaget	4.lt	10s
a Danier	4.lt	10s
a hallays	4.lt	10s
a alliot	4.lt	10s
a milet	4.lt	10s
a chevalier	4.lt	10s

Caput tertium accepti
a Baccalaureis
In quodlibetariis disputationibus pro horto

a Lebert	3.lt	4s
a peaget	3.lt	4s
a Danier	3.lt	4s
a hallays	3.lt	4s
a alliot	3.lt	4s
a milet	3.lt	4s
a chevalier	3.lt	4s

Summa istius paginæ est de cinq cent quarante livres huit sols.

Caput quartum
accepi a Baccalaureis
In quodlibetariis Disputationibus
pro anatome
Et schedulis non registratis

a Lebert	16.#
a Peaget	16.#
a Damier	16.#
a Hallays	16.#
a Alliot	16.#
a Milet	16.#
a Chevalier	16.#

Caput quintum
accepi a Baccalaureis
In quaestionibus Cardinalitiis
pro stipendiis lectorum et horto

a Hallays	10.#
a Milet	10.#
a Lebert	10.#

ab Iisdem
pro rebus academiae

a Hallays	18.ß
a Milet	18.ß
a Lebert	18.ß

Caput sextum
accepi apud Chirurgos

a singulis qui per annum
adepti sunt magisterium Chirurgiae
Decanus accepit tres libras cum
Duodecim assibus; # Unde
Exurgit Summa 39.# 6 / 6 d.
Et sex Denariis.

Summa istius paginae est de deux cent trente et une livre six sols six deniers

Caput septimum
accepti a medicinæ studiosis
pro Iure Inscriptionis
et
pro Iure sigilli

accepit Decanus pro 1781 — 212.lt

Caput octavum
accepti a medicinæ Candidatis
examinandis
pro anatomia
et
pro schedulis non registratis

a Chevalier — 16.lt
a millet — 16.lt

ab iisdem
admissis ad Baccalaureatum
pro Iure Bursarum

a millet — 16.lt
a Chevalier — 16.lt

ab iisdem Baccalaureis
pro sacello et ornamentis
loco sacerum

a Chevalier — 16.lt
a millet — 16.lt

Caput Nonum
accepti a Licentiatis
In actu sui Doctoratus

a affortij — 180.lt
a Renard — 180.lt
a Lemoine — 180.lt

Et ab unoquoque Decanus accepit
triginta duos asses pro sacello — 4.lt 16s

Summa ipsius paginæ est de huit cent cinquante deux livres
seize sols.

Caput Decimum
accepi a Baccalaureis
et
a novis Doctoribus
pro actorum Esu

pro septem quodlibetariis quoniam a singulis accipiuntur duodecim libellae — 84.ll

pro tribus Cardinalibus quoniam pro singulis accipiuntur etiam duodecim libellae — 36.ll

pro tribus Vesperiarum actibus quoniam pro singulis accipiuntur duodecim libellae — 36.ll

pro tribus actibus Doctoratûs quoniam pro singulis accipiuntur duodecim libellae — 36.ll

pro septem actibus Pastillariorum quoniam pro singulis accipiuntur quatuor libellae — 28.ll

Caput Undecimum
accepi

Ex reliquâ pecuniâ
In quodlibetariis
Et in Examine Materiae Medicae

Decanus accepit ex illis .. 164.ll

Caput Duodecimum
accepi ab academiae quaestore

a quaestore academiae pro honorario Professorum Decanus accepit mille libellas 1000.ll

Summa istius paginae est de treize cent ~~et vingt cinq livres dix sols~~. quatre vingt quatre livres
Itaque summa totius accepti est de ~~deux huit neuf cent cinquante livres six deniers~~ trois mille huit livres dix sols ~~six~~ deniers.

Tabula Expensi

Caput Primum

Ex ultimis rationibus redditis a M. Philippo Hecquet Exdecano facultas ipsi debebat ... | 3400.lt 18s 8d

quam summam ipsi persolvit Decanus Nicó, ut patet ex accepti ratione

praeterea pro honorario solvit eidem | 150.lt

Et pro Doctoribus Universit. numeravit | 341.lt

majori apparitori pro calculis | 15.lt

2 Nihil quitturis

Caput secundum Expensi pro stipendiis Professorum

M. guillot	90.lt
M. De Bordegaraye	90.lt
M. Mattot	90.lt
M. geoffroy	90.lt

Caput tertium pro refusionibus

M. fagon antiquiori magistro	4.ecus
M. De Bordegaraye	2.ecus
M. guillot	2.ecus
M. Mattot	2.ecus
M. geoffroy	2.ecus
M. guerin	2.ecus
M. thuillier	2.ecus
M. Hecquet Censori	2.ecus
M. Doye Decano	4.ecus

Summa istius paginae est de quatre mil huicent quatre vingt huit livres huit sols huit deniers

Caput quartum
pro anatomiis, et operibus
Chirurgiis,
Pharmaceuticisque.

M. De Bordegaraye
tum et chirurgo
Et apparitori
solvit Decanus — 194 lt 1 s

M. guillot
Chirurgo
Et apparitori — 190 lt 15 s

M. mattot
Chirurgo
Et apparitori — 124 lt 5 s

Jacobo goubier pharmacopaeo
tum et apparitori — 50 lt 15 s

Visis quittanciis

Caput quintum expensi
pro honorario Professorum
Ex aere academiae

M. De bordegaraye	200 lt
M. guillot	200 lt
M. geoffroy	200 lt
M. guerin	200 lt
M. mattot	200 lt

Caput sextum expensi
pro rebus sacris

pro anniversario M. Lullon
solvit Decanus — 25 lt

pro anniversario M. De Colonia — 6 lt

summa istius paginae est de quinze Cent douze livres quatorze sols

pro missis et obitibus celebratis
ad Diem ultimum anni 1718 — 36. 15s

pro missis et obitibus celebratis
ad Calendas aprilis 1719 — 60.lt 2s 6ds

pro missis et obitibus celebratis
ad Calendas Julias 1719 — 38.lt 10s

pro pane azymo, et vino a
majore bidello suppeditatis ad
missarum celebrationem — 4.lt

pro mundatis Sacelli linteis et
eorum, tum etiam Indumentorum
sacerdotalium restauratione — 20.lt 18s

Doctoribus et bidellis qui interfuere
Exequiis M. antonii de S.t yon — 84.lt
Et missæ subindè in scholarum
Sacello celebratæ

Doctoribus et bidellis qui interfuere
Exequiis M. Ludovici morin — 76.lt
Et missæ subindè in scholarum
Sacello celebratæ

Doctoribus qui interfuere cum
bidellis missæ in scholarum
Sacello celebratæ pro requie — 32.lt
animæ M. de la Carlière

Doctoribus et bidellis qui interfuere
Exequiis M. le Brethon, et — 66.lt
missæ subindè in scholarum
Sacello celebratæ.

pro scutis appositis feretro
Exequiarum M. De Vainctyon — 9.lt 15s

Summa istius paginæ est de quatre cent vingt huit livres six deniers.

Visa quæstoris

Doctoribus et bidellis qui interfuere missae celebratae in scholarum sacello pro requie animae Ludovici Magni Francorum Regis, cujus memoriam nulla unquam aetas diruet | 88.lt

Ei qui sacellum, et scholas tum interiores tum exteriores atrari curavit | 15.lt

Doctoribus et bidellis qui interfuere missae celebratae apud Sorbonam pro requie animae ejusdem Regis | 112.lt

Die Divo Lucae sacra Decanus impendit | 80.lt

pro mundato extra ordinem sacello | 6.lt

Cereario pro cereis et facibus suppeditatis per annum | 386.lt 10s

Visis quittanciis

Caput septimum
Expensi pro rebus academiae

In supplicationibus academiae ad aedem Deo sacram sub invocatione sancti Nicolai de Carduneto, die 12 Decemb. 1714. | 48.lt

ad aedem Deo sacram sub invocatione St. Gervasii et Protasii die 19 Martii 1715 | 40.lt

summa istius paginae est de sept cent soixante et quinze livres dix sols.

ad aedem deo sacram sub
Invocatione Beatae Mariae
Virginis de Monte Carmelo — 36.lt
majoris Conventûs die 18 Junij
1715

ad aedem deo sacram sub
Invocatione Sanctae Ursulae
apud Sorbonam die 2 oct. 1715 42.lt

Decano et Censori, qui comitati
sunt Rectorem Universitatis
quo die Cerei debiti —
Magistratibus 18.lb

Eadem die quo Cerei dilati sunt
Decanus dedit bidellis 8.lb

Vidi quittancij

Die Sabbati 14 sept. 1715 Decano
Comitanti Rectorem academiae
Euntem Vincennias ut Ludovico
~~Magno~~ decimo quinto debitam
testaretur obsequentiam —
attributum est honorarium 20.lb
Decani adjuncto 10.lb
apparitoribus 10.lb

Die Mercurij 23 oct. 1715 Decano
Comitanti Rectorem euntem ad
Urbem sandyonysiacam ut adesset
Cum caeteris ordinibus academiae
Sacro ferali et Exequiis Regis
Christianissimi et maximi Ludovici
XIV. attributum est honorarium 20.lb
Summa istius paginae est de Cent soixante et quatre livres.

Decani adjuncto 10.lt
apparitoribus 10.lt

Caput octavum
Expensi
pro Rebus facultatis

pro pensione Viduae fournier 150.lt
pro [illegible] 15.lt
pro tributo in bidellorum capita impolito 19.lt 16s
aulaeorum textori 64.lt 10s
Viduae [illegible] pro lintris 20.lt
pro decimo denario 29.lt 10s
pro scriptionibus ad Codicem pharmaceuticum pertinentibus 70.lt
fabro serario 28.lt
fabro lignario 10.lt
Vitrario 15.lt 10s

Variis Causidicis, libellionibus, accensis virgatis, procuratoribus, pro quibusdam sumptibus illico solui solitis 72.lt

Decano qui [illegible] ut adesset aperturae Cadaveris Regis tributum est honorarium 30.lt

Decani adjuncto 15.lt

pro Instituto Itinere ad Villam Vincennias Dictam ad gratulandum

summa istius paginae est de cinq cent cinquante neuf livres six sols

Visis quittanciis

Magistro Ludovico Poirier
archiatrorum Comiti, venerabili,
primarioque Regis Ludovici XV.
medico; novem Doctoribus
Comitantibus Decanum Cum
Bidellis 233. ll

Concinnatori Librorum quos
Decanus obtulit Magistratibus 73. ll

Dicto Lagrive pro papyro,
calamis et atramento 15. ll

Dicti quittancii

pro mundato per annum Scholarum
circuitu 10. d

pro Ligno 10. d

pro variis Itineribus susceptis a
filio Lagrive tum ad Villam
Vincennias tum ad alia Loca 25. ll

pro menstruis Comitiis Medicis
habitis per annum 240. ll

pro imminutionibus monetae 403. ll 11 s 6 d

pro Aedibus 150. d

pro cadueis impensis 60. d

pro opera Extraordinaria 50. ll
Bidellorum pro More 25. ll

Summa istius paginae est de treize cents quatorze livres onze sols
six deniers.

~~Facultas gratias et grates habet~~ has accepti et
expensi ~~rationes~~ redditas a magistro Joanne Baptista
Doye Decano. Censetque gratias ipsi agendas pro
rebus facultatis tam generose et strenue gestis; et
praeter summam de ~~[illegible]~~ est six mil quatre cens
~~quatre vingt douze~~ livres ~~et~~ dix sous deux deniers
quae ipsi debetur ex istis rationibus quoniam summa

Summa Expensi ~~[illegible]~~ est de six mil quatre Cens vingt quatre Livres Cinq sols dix deniers

Summa totius accepti est de trois mil huict livres dix sols six deniers. cum approbatione Libra

Summa expensi superat summam accepti de six mil quatre cens trente quatre livres cinq sols huict deniers cum approbatione Libra

~~Expense est de neuf mil quatre cens quarante~~ deux livres dix sols huit deniers ~~summa accepti~~ accepti est de ~~deux mil neuf cens cinquante livres six deniers~~ ac proinde summa expensi superat summam accepti de six mil quatre cent ~~quatre vingt douze livres dix sols deux deniers~~ Censet esse concedendum ipsi solitum honorarium ~~de~~ praeterea centum et quinquaginta baccalarum et praeterea distribuendum unicuique Doctori praesenti nummum argenteum decano et antiquiori duplum cuique bidello nummum quoque argenteum datum in scholis nostris superioribus die trigesima octobris anni millesimi septingentesimi decimi sexti

De Savery. assertor

Boyo Decanus. Guerin ~~Demier~~ maillard Bourdin Gayant

Emmerez Breaux Duval

Gille Chomel Devaux. Garelle Lemery Gelly

De Bordegaraye hermment

Collot cordelle

Hanneau Azevedo

Berthaud De Belestre Coursier

Gocquet

Enos aignan Helvetius

Chullier Rompart

Geoffroy fontaine Piellot

Gerard Talua Dupresne

Adam

Littre Baron Le Francois Pousse

Dubert Delahire

Mongin Imbert Cusson

Bernier Caravan Crelle

Grot

Lemoine verqnes

Bailly Göüy

Benoté Andry Renard

Pannard Caron

Col de vilars

Martinenq Enguehard Leaulté

Gueyrart Helvetius Le Boionnellier

Falconet

A Solis ortu usque
ad occasum
Laudabile nomen Domini.

Commentarius alter
Rerum In facultate medicâ
Parisiensi gestarum
a Die secundâ Novembris
anni a Christo nato
millesimi septingentesimi
Decimi quinti
ad Diem septimum Novembris
anni millesimi septingentesimi
Decimi sexti
Magistro Joanne Baptistâ
Doye Parisino
Iterum Decano

Die sabbati septimâ novembris
1715. anni 1716. post festum omnium
sanctorum proximâ;
Convocatâ Juxta Consuetudinem
In scholas superiores facultate
Decanum et Professores
Electurâ; Decanus primum
orationem habuit pro more;
Deindeque Professores
abeuntes è magistratu

Ac repente

Ac repente
Obstupesce Lector
Seditionem Improvisam commovit
M. Dominicus farey, Cui adhaerebant
alij quatuor Exdecanj.
Conquestus Est Ille vehementer quod
Exdecanus nullus comitatus Esset
Decanum qui Iverat Versalias, quo
die Defuncti Regis Cadaver apertum
fuerat; quique Iverat Vincennias
ad gratulandum M. Ludovico
Poirier avchiatrorum Comiti.
An quia Ipsi decim libellae
numeratae fuerant Vnicuique Eorum
qui Decanum Essent comitati? —
nolim asserere.
Verum per Litteras graecas —
Imprecabatur duriter Verbosissimus
grammaticus, Dicens se Et
Exdecanos Esse alpha beta
gamma Delta facultatis; Et
achates Decanj Esse phi chi
phi omega; O Vividum acumen
Ingenij!
Coetus Indignabatur Vniversus —
quod propter Sacram Exigui —
admodum argenti famem Mens
hominis septuagenarij De Sua Sede
videretur dejecta.
Decanus petiit ab homine Efferö
num aliqua Lex Esset Scripta, qua
Decanj

Decani Cogerentur Ex decanos alios Doctoribus anteferre, Eligi Implendum est aliquod officium propter Res facultatis. Nulla Certè fuit Iniquam. Imò verò-Viri habiles ad Decanatum his in occasionibus Eligi solent; non verò Jam functi decanatu.

Tum Vita sunt obsessa Draconibus ora nostri grammatici; Lingua fluebat tabo; nullisque non Conviciis Contumeliisque conatus Est Inquinare Decanum, seque Ejus prorogationi obstare conclamavit.

Decanus Eum Contemnens, omnium Collegarum nomina Conjecit In Urnam, ut Crearentur Electores. Emerserunt Ex Illâ M. Maillard, M. Herment!! et magister Dufrelne; Tum subindè M. gilles et M. Pepin, qui spreto pariter homine sui Impote, prorogaverunt In Decanum Magistrum Joannem Baptistam Doye; et nominaverunt In professorem physiologiæ futurum

M.

M.

M.

Ex quibus sorte ductus fuit M. Enguehard

In Professorem materiæ
medicæ
M.
M.
M.
Ex quibus Magister Bernier

In Professorem Chirurgiæ
M.
M.
M.
Ex quibus Magister Gayant

In Professorem denique utriusque
Pharmaciæ
M.
M.
M.
Ex quibus Magister Azeuedo.

quo usque grammatici noster
senioris furor iverit, Comitiorum
facultatis historia declarabit.



Tunc vigebant in scholis
Doctores Domini Domini
Guido Crescentius Fagon
Matthæus Thuillier
Claudius Guerin
Dominicus Farcy
Ludovicus Gayant
Joannes Robert
Joannes Cordelle
Germanus Preaux
Franciscus Afforty
Ludovicus Poirier

Petrus

Petrus Paulus guyart
franciscus maillard
guido Erasmus Emmeret
Joannes Boudin
Bertinus simon Dieuxyuoyen
Joannes Damat
franciscus fricobé de beleltie
michaël frigonnat
urbanus Leaulbé
Joannes Baptista doye decanus
franciscus goüet
amandus doubé
Philippus doubé
Joannes Baptista dodart
franciscus Tornage
Petrus marais
Ludovicus de Tour
Petrus Joannes Burette
alexius Littre
alexander petrus mattot
Claudius Burlet
Joannes gelly
Philippus Caron
armandus Josephus Collot
andreas Cuellé
Joannes Baptista chomel
Philippus hecquet Censor
Claudius dufresne
nicolaus andry

Carolus

Carolus Bompart
Carolus chuillier
petrus le bomelier
Ludovicus Lemery
Jacobus simon gilles de la riviere
philippus bernardus de bordigaraye
Raymundus Jacob firot
michael ludovicus vereaume de la garanne
Jacobus fourneau
franciscus aignan
stephanus franciscus geoffroy.
Joannes hument
petrus azeuedo
antonius pepin
philippus fontaine
Joannes despiney pelchard
Joannes Baptista fumelhuys
Ludovicus guillot
Jacobus benignus vinslow
Claudius burgue
Joannes Baptista Enguehard
Claudius du cerf
salvator Chucard
Joannes Claudius adrianus helvetius
alexander le françois
Joannes Baptista morgin
Joannes franciscus Courtgier
antonius geoffroy
Joannes nicolaus de la hire
hyacynthus theodorus baron

Camillus

Camillus Falconet
Ægidius adam
Thomas Bernardus Bertrand
Franciscus Boulle
Joannes Henricus Imbert
Joannes Baptista Thomas martinenq
Joannes Baptista Silva
antonius Justine
Joannes Belle
Henricus Colnier
Elias Col de Vilars
Petrus antonius Lepy
antonius le moine
Franciscus antonius le dran
Joannes Franciscus Giot
andreas de Lalen
Franciscus bailly
Claudius antonius Renard
Petrus affority 88

quæ Nomina et Cognomina pro more publicè recitata sunt a majore facultatis apparitore sub finem actus quodlibetarii primi post martinalia ante quodlibeta.

Quæstiones quodlibetariæ

Die Jovis decima quarta novembris 1715 celebrato prius actu pastillariæ disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione M. petrus afforty respondente Baccalaureo Michaële peaget parisino; Et erat hæc quæstio

An solum in statu morbosi fermentatio?

quæ fuit negando conclusa.

Die Jovis vigesima octava novembris 1715 præfuit actui quodlibetariæ M. petrus Joannes Burette; respondente Baccalaureo Joanne Baptista faulto alliot de mussay parisino; Et erat hæc quæstio

An gymnastica morborum contumacium optima plerumque medicina?

quæ fuit affirmatè conclusa.

Die Jovis 12 decembr. 1715. præfuit actui quodlibetariæ M. Ludovicus De Vaux; respondente Joanne matthæo Lebert parisino; Et erat hæc quæstio

An diverso indicentur tempore, qui iidem specie sunt morbi?

quæ fuit affirmatè conclusa.

Die Jovis 2 Januar. 1716. praefuit actui quodlibetario M. Petrus Marais; respondente Baccalaureo Francisco Galloys, aluernino; Et erat hae quaestio

An diluentia, in morbis melancholicis, purgationi praeferenda?

quae fuit affirmatè conclusa.

Die Jovis 30 Januar. 1716. praefuit actui quodlibetario M. Franciscus Vernage, respondente Baccalaureo Jacobo antonio Millet Senonensi; Et erat haec quaestio

An in acutis, urgalant a purgantibus?

quae fuit affirmatè Conclusa.

Die Jovis 20 februarij 1716 praefuit actui quodlibetario Joannes Baptista Dodart, respondente Baccalaureo Joanne Damiano Chevalier andegavensi; Et erat haec quaestio

An praecavendis senum morbis, victus rationi tenuitatis et plurimum sit consocianda?

quae fuit affirmatè Conclusa.

---

quaestiones

Quaestiones Cardinalitiae.

Die Jovis 12 Martij 1716. — De Cardinalitiâ quaestione respondit Joannes Baptista — faultus alliot de Mussay — parisinus; Magistro matthaeo thuillier praeside;
haec autem fuit quaestio affirmatè conclusa

an coena prandio liberior, sit salubrior?

Die Jovis 19 martij 1716. de Cardinalitiâ quaestione respondit Michaël peaget parisinus M. guidone Crescentio fagon praeside;
haec autem fuit quaestio affirmatè conclusa

Litteratis ne salubris Caffé usus?

Die Jovis 2 aprilis 1716. de Cardinalitiâ quaestione respondit Joannes Damianus Chevalier andegavensis; M. alexandro le françois praeside
haec autem fuit quaestio affirmatè conclusa

an quo tempore fluunt Catamenia, noxia venus?

Oratio —

Oratio Publica
habita est a magistro Carolo
Bompart Physiologiae professore
Die dominicâ
1715
quâ

Exercitationes
Anatomicae et Chirurgicae
Mense Martio 1716 magister
Ludovicus guillot pathologiae
professor anatomen partium
Corporis humani exposuit in
muliebri cadavere, secante
Laxure Coste apud Chirurgos
parisienses praeposito.

Mensequo eodem 1716 magister
Carolus Bompart physiologiae
professor pariter anatomen
exposuit in cadavere
secante Bertrand apud chirurgos
parisienses quaestore.

Opera galenica
Et Chymica

Per mensem Junium 1716.
Magister Cavalet Chuillier
Utriusque pharmaciæ professor
galenicas et Chymicas operationes
exposuit in amphitheatro
ministrante Alary
pharmacopæo parisiensi

Obitus

Obiit mense februario M.
michaël Sirgonnat in oppido
quod dicitur Estampes.
Die Veneris sabbati decimo quarto
Martij 1716. Decanus ejus parentavit
Curavit sacro solemni in sacello
scholarum facultatis.

Mense Novembri 1715. et
mense Majo 1716. parentatum
est in sacello scholarum
facultatis pro more Magistris
Lusson et de Colonia.

Comitia
Saluberrimi ordinis

Convocatio Prima

Die Lunae 27 novembris 1719.
Decanus Convocavit facultatem
per Juramentum. Legit vos In
superioribus Scholis Epistolam
ad Ipsum Scriptam ab Illustrissimo
Archiatrorum Comite, Cujus
Erant haec verba

a Vincennes le 17 nov
1719

Je vous reitere, Monsieur, la
mesme priere que je vous ay desja
faite Il y a Environ ce mois,
pour Estre fidellement et incessamment
Informé de l'Estat present de la
petite verole a Paris par le
resultat de la plus nombreuse
assemblée Per Juramentum de
M.rs vos Confreres. Son altesse
Royale Monseigneur le Duc
D'orleans, toujours attentif au
bien et a l'Utilité du Royaume,
ne voulant point qu'on Expose le
Roy, a moins que cette pernicieuse
maladie ne soit presque Esteinte;
prenés donc la peine, Monsieur, de
me mander par ce Exprés porteur
de vostre lettre toutes les

Circonstances que tous en sçaves
Et apprendrez d'une maniere tres
positive. Il me seroit inutile de
vous y exciter davantage,
l'interest general et particulier doit
nous animer tous pour la longue
Et durable conservation de la vie
Et de la santé de sa majesté. Je
suis, Monsieur
Votre tres humble
Et tres affectionné serviteur
Poirier.

Epistola lecta, collectisque
sententiis ipsa die lunae
rescripsit Decanus

Monsieur
La faculté assemblée le plus
diligemment qu'il a esté possible
a reconnu que la petite verole
regne toujours dans paris, et
qu'elle est mesme plus mauvaise
que pendant les mois precedents;
Et nos confreres en tres grand
nombre ont tous opiné que
suivant toute apparence cette
maladie regnera jusqu'à ce que
la constitution de l'air soit
changée, et que l'hyver fasse
sentir sa rigueur. Je suis
Monsieur Votre tres humble
Et tres obeyssant serviteur Doye
Doyen de la faculté de medecine
de paris.

Secunda Convocatio.

Die veneris sexto decembris 1719 horâ x matutinâ Convocati sunt Doctores omnes, de tandi tertio dictum, sic suseptante Illustrissimo archiatrorum Comite per tertiam Epistolam ad Decanum scriptam; Cujus et erant hæc verba.

a Vincennes le 5. Xbre 1719

La faculté, Monsieur, ne sera telle point fatigué des frequentes assemblées que je luy demande sur la petite verole, qu'on dit encor estre autant abondante que maligne, par la douceur et l'humidité de la saison, qui continuent, au lieu qu'une forte gelée la dissiperoit, et favoriseroit le projet formé depuis long temps de mener le Roy a paris le plus tost qu'il seroit possible. Je vous prie de convoquer une troisieme fois M.rs nos Confreres, Et de m'informer de leurs sentiments, En apportant la precaution non seulement de m'escrire le resultat, mais aussy d'y joindre par

Colonnel les noms de tous ceux
qui auront expiré. Je suis

Monsieur Votre tres humble
Et tres affectionné serviteur
Poirier.

hae etiam epistolæ Lectæ,
collectisque Sententiis, sive idem
rescripsit Decanus quod jam
antè scripserat, designabit
singulatim nominibus Doctorum
sedentium in comitio.

Cum etiam ève illa judicavit
Decanus, et mandatum sequens
quod meditabatur communicavit
archiatrorum Comiti.

Mandatum Decani
saluberrimi Medicorum
Parisiensium ordinis

quæ quantaque sit Illustrissimi
archiatrorum Comitis vigilantia,
ne quid detrimenti contingat
valetudini tenerrimi Regis,
abundè compertum est per plures
Epistolas ab Illo scriptas ad
Decanum ab aliquot mensibus:
Veritus Ille ne variolæ grassantes
per urbem, Principem feliciter
crescentem offenderint, Exoptavit

sedulò se se de Illorum
frequentiâ et indole certiorem
commoneri; ne tamen Princeps
exponeretur Exitialis morbi
contagioni atque sævitiæ; cum
Illum possidere plurimùm aveat
Civitas universa.
Voti ipsius magnâ cum curâ
satisfecit Decanus.
In posterùm verò Decanus et
pareat postulationibus novis;
atque ut saluberrima facultas
sponte animo videatur obsecundare
menti spectatissimi Collegæ, tùm
et cupiditati populorum, nihil
sanè prestari potest ejus erga
Regem pietate dignius, quàm
singulâ quâque hebdomadâ
congregari Doctores frequentes
et quidem omnes, suum de statu
morbi laturos Judicium, quod
ad Illustrissimum Archiatrorum
Comitem subindè deferetur,
donec vel mutata tempestas,
vel quævis alia causa vindex
morbum amandaverit;
tandemque Desideratissimo
Principe tutò et secundè

potius concedatur.
Itaque Convenient Doctores
medici omnes in scholas
superiores singulis diebus sabbati
circiter horam decimam matutinam
post sacrum, de variolis quandiu
grassabuntur per urbem dictam.
Datum Parisiis die septima
Decembris anni 1715.

Doye Decanus.

mandabam hoc ad Illustrissimum
archiatrorum Comitem, mihi,
quàm sibi gratum esset aperuit
Decano per Epistolam quartam
cujus erant haec verba

a Vincennes

Vous avez, Monsieur, non
seulement Connu mais Encor
prevenu mes desirs En faisant
Imprimer et distribuer Votre
billet en forme de mandement
pour Inviter la faculté a
s'assembler le samedy de chaque
semaine sur la petite verole,
Jusqu'à ce qu'elle soit suffisamment
diminuée ou ralentie pour ramener
sans risque le Roy a paris.
Votre prudence ne se distingue
pas moins que votre talent

pour l'Eloquence; et tout ensemble tous nos confreres, en rendant cet important service a l'Etat, me feront un plaisir singulier, que je n'oublieray jamais; soiés en bien persuadé, et que je suis avec toute la consideration et l'estime possible

Monsieur

Vostre tres humble et tres obeyssant serviteur

Poirier.

Anodi Tolant Mandatum per Urbem; apud Principes, apud Senatum, apud Praesules, apud Universitatem Studiorum; et Ubique summopere laudatum fuit atque probatum.

Singulis deinde diebus Sabbati Convenere Doctores in scholas superiores horâ indictâ; donec Saeviente Caelo, Turbator et depopulator morbus maturavit fugam; et Rex in Urbem advenerit, quò fuit adductus summo cum omnium Civium plausu pridiè Calendas Januarij subsequentis.

Tertia

Tertia Convocatio

Die mercurij undecimâ decembris 1715 Convocati sunt Doctores omnes, ornati ut decet, horâ septimâ octavâ matutinâ In aedem deo sacram sub Invocatione Sanctae Ursulae apud Sorbonam Interfuturi solemni sacro quo academia universa Ludovico Decimo quarto Regi Christianissimo parentavit.

Quarta Convocatio

Die Sabbati 14 Decembris 1715 Convocati sunt Doctores omnes In Scholas Superiores horâ 8 matutinâ post sacrum, De Re praesertim gravissimâ deliberaturi, praeterquam quod de Tariolis Evanto Dicturi Juxta Tenorem anterioris mandati.

Hic est revocandum quod Enarratum Est Initio hujus Commentarij vide articulum primum.

Quoniam planè spreta et contempta fuerat querela Mri Dominici Favey, quo die Magister Joannes Baptista Doye prorogatus fuerat Decanus; nullum Ille non moverat subinde lapidem,

homo malevolus, Decano ut noceret, ipsumque lacesseret per urbem, Cogitansque facultatem sibi semper adversam fore, — tabellionem adierat primum, apud quem scripto denunciaverat, tria cum 4.or exdecanis, se nullatenus probare prorogationem Decani, seque huic obsistere; suamque subinde denuntiationem significaverat Decano per accensum. hoc in statu res remanserat, donec senatus intermissa per tempus vacationum officia resumpsisset.

Interea tamen schedulas mittebat in aedes privatas doctorum facultatis quibus eos invitabat ut apud tabellionem suam denuntiationem vellent consignare; verum annuebat nemo; — vituperabantque ipsum omnes plurimum.

tandem adierant Rabel — consiliarij; tumque M. farcy, suo et 4.or exdecanorum nomine vadatus erat me, meme ut sisterem Coram Illustrissimo Procuratore Catholico, cuj.

Libellum supplicem
prius obtulerat, et Coram quem
Comparare Consilium non
Datum est mihi.

Per vadimonium suum
petebat et, nisi Illum
abdicare Decanatum, saltem
Erigeretur tribunal Exdecanorum
In facultate, et tunc Ex ipsis
Constituerentur quaestor, ad
gerendas et administrandas res
facultatis; Ita et Decani
Deinceps fere nihili forent.

Jam nunc Considentibus
Doctoribus benemultis de Re
gravissima deliberaturis,
Decanus Exposuit quo tandem
magistri saevus furor Tuerat
omnes Ilico persenserunt alii
Exdecanis tyrannicum et Illi solis
Imperium affectari, stolidique
Exdecanorum Consilij Moticem
inservire Ille turpem avaritiam.

Totaque Re simul Exposita,
Non dubitaverunt Decretum
vibrare fulmineum, Cujus
fuerunt haec verba

Decretum

Decretum
Saluberrimæ Facultatis Medicorum Parisiensium

Convocata Facultas in scholas superiores die sabbati decimâ quartâ decembris 1715 horâ decimâ matutinâ post sacrum, de rebus gravissimis ad ipsam pertinentibus deliberatura;

Intellecto et perlecto libello supplice, viris Illustrissimis Regiis in foro Cognitoribus oblato temerè, a magistro Dominico Favey, &c; Et denuntiato Magistro Joanni Baptistæ Doye Decano suo Die tredecimâ ejusdem mensis;

Censuit Intercessionem objiciendam esse; atque Intercedere eo ipso tempore pronuntiavit, ad subvertendum libellum supplicem, non solum ut infestantem statuta sua senatus authoritate stabilita, sed etiam ut contumeliosum

Et Injuriosum In Decanum
Et In facultatem Universam;

subsignavitque Maxima
Collegarum numerus
guerin, maillard, Dufresne,
gayant, Emmerez, Guillier,
Cordelle, De vaux, Coullé,
andry, aignan, Bompart,
Collot, Chomel, Lemery,
Herment, Mongin, Finot,
Enguehard, Couthier, Fontaine
Clusiand, geoffroy, vincanne,
fourneau, Bertrier, Poulle,
Lemoine &c
Et sic Conclusit
Doye Decanus.

Decretum hoc Tale Parvul
Dei fuit dignum Mandatum, et
fuit nullum quaquaversum; sed
Inprimis ad Illustrissimum
Procuratorem Catholicum, a
quo Credibile est subinde
Dessertus fuisse Exdecanus, ad
neque enim probenderunt Liben
Ulterius.

Malitiam suam Intra Legale
Limites inpositum Includere
haud nisi animus; Unde non
Enasserunt fortunatiores; Ut

postea videbitur.

Quinta Convocatio

Die Sabbati 25 Januarij 1716. hora x matutinâ post sacrum Convocata fuit facultas De Cereis propediem distribuendis Deliberatura; nec non Candidatorum Examinatores Electura, Juxta Consuetudinem singulo quoque recurrentem biennio. Conclusitque facultas Cereos esse more solito Distribuendos.

Examinatores vero Candidatorum futurorum fuerunt Creati Magister Emmerez Et magister Lemery; superstite Virrage. In Vrinâ Magister Roncourne Et magister Le françois superstite Boulle.

Electores Examinatorum sorte Ducti Erant Magistri Burette, Gittes, Caron, Pepin, Du Cerf.

Hoc ipso Die 25 Januarij 1716. Re In Deliberationem missâ, Collectisque sententiis adstantium, Decrevit facultas Emendandum esse quamprimum libellum Non ita pridem In lucem Editum, Cui titulus Erat, Decreta, Ritus, &c; totumque negotium esse Committendum Decano; Et sic conclusit Doye Decanus.

Sexta Convocatio

Die Sabbati 21 Martij 1716. Convocati sunt Doctores horâ Decimâ Matutinâ, candidatorum

supplicationem audituri
fuerant Testi Cernage
Santeuil
Jacque

Septima Convocatio
Die sabbati 26 martii 1716
Convocati sunt Doctores horâ
x matutinâ Clarissimorum
virorum qui examinandis
Candidatorum litteris fuerant
praepositi relationem audituri

Octava Convocatio
Die sabbati 4 aprilis 1716.
Convocati sunt Doctores In
scholas superiores Clarissimorum
virorum qui per hebdomadam
tentaverant Eruditionem
Candidatorum relationem
audituri, et suum de ea
Judicium laturi.

Subinde Candidati fuerunt
ad Principium admissi

Nona Convocatio
Die Lunae 27 aprilis 1716.
horâ 3a post meridiem
Convocata fuit facultas de
rebus ad ipsam pertinentibus
deliberatura. Res

Res Erant hæ.
Scilicet Fabo Funerus Grale
Procurator facultatis ordinarius
In Castelleto; qui vocabatur Rigault.
Succedebat illi dictus Bothoüin
qui petebat a facultate quingentas
libellas quas ajebat a quindecim
circiter annis sensim sine sensu
fuisse congestas inter collationes
prædecessoris sui.

Præterea natio gallicana ex
artium facultate denuntiaverat
Decano saluberrimæ facultatis
se contulisse Capellaniam tuam
savoiziana vacantem &

Tertio Magister Danel petierat
a Decano ut excitaret facultatem
ad delendum e catalogo nomen
Magistri Bertini simonis
Dieuxyuoye, qui tuum ipsum
nomen ex eo ipso catalogo
deleri curaverat in Ephemeride
publicâ, quoniam fautus
fuerat, Rationum

Super his Conclusit facultas
petitionem dicti Bothoüin a
Decano esse attente examinandam;

Et Conclusit Convocandam
esse a Decano sese Universitatem
speciali articulo ad collationem
Capellanæ.
Denique conclusit monendum
esse a Decano M. Berbinum
simonem Dieuxyuolye Et
actionis suæ rationem redderet.

Decima Convocatio

Die martis 4º Idus maij
1716. horâ Undecimâ matutinâ
Convocati sunt Doctores omnes
In scholas superiores collaturi
per scrutinium capellanam
Unam savoisyanam vacantem
per nicolai Barbier presbyteri
Bellovacensis obitum quem
Ex artium facultate natio
gallicana denuntiaverat
saluberrimæ facultatis Decano
Nono Calendas Ejusdem mensis.

Collata autem fuit vincentio
suffragiorum numero Magistro
De Laleu Doctori medico, Et
sic Conclusit Doye Decanus.

Undecima Convocatio

Die martis 26 maij 1716. horâ
Undecimâ matutinâ Convocati

sunt Doctores In Scholâ
superiores auditurj magistrum
Albertinum Simonem Dieuxyvoye
cujs diem et horam Indixerat
Decanus Ut se coram facultate
sisteret.

Non stitit Ille se; sed rogaverat
magistrum Urbanum Leaulté
collegam facultatis, Ut pro ipso
verba faceret;
quæ quidem quoniam erant
prorsus Inania;
Conclusit facultas propter
honorem debitum memoriæ M.
Albertinj Dieuxyvoye facultatis
olim decanj, nolle se plectere
filium Ejus, nisi prius Ej
tempus aliquod Concessisset, intra
quod In seipsum posset redire.
quocirca Censuit expectandas
Esse Calendas Januarij annj
1717. quo die Ephemeris nova
prodiret in publicum; In
quâ si nomen Ejus non esset
restitutum, videret facultas
quid sibj praestandum foret;
Et sic Conclusit Doye
Decanus.

hac re peractâ; monitus est

a Bidello Decanus aedituos
Ecclesiae Sancti Stephani de monte
petere ut Ingrederentur in
Comitivam facultatis.
annuit facultas.
Et Ingressi rogaverunt facultatem
ut vellet Circumdare Caelum
pensile, sub quo Corpus Christi
Salvatoris nostri quotannis per
vicos solet deferri solemniter die
Jovis proximo post festum
Sanctissimae Trinitatis;
facultas annuit iterum, et
sibi pergratam esse petitionem
aedituorum testata est.
Iis Egressis fuerunt aedibus
Deliberavit facultas de multis
quae videbantur ad hanc caeremoniam
pertinere; Et Conclusum fuit
rem totam esse Committendam
Decano, qui quidquid e re sibi
videretur ageret.

Dies Cum advenisset, Doctores
sese quos Decanus Invitaverat,
quorum quidem nullus Erat
Exdecanus, Subiverunt aedem
Decani quae non Erat a templo
Sancti Stephani multum
Dissita; Unde tunicâ talari
palliaque induti purpureo,

omnique supellectile ad Doctores medicos pertinente ornati, praeeuntibus Bedellis In templum processerunt Una Cum Decano, qui sex paces septem pedes altas, Rutilque saluberrimi medicorum Parisiensium ordinis insignitas ante aliquot horas inferri Curaverat.

Litatis sacris, redierunt pariter omnes In aedem Decani, Eosque quam potuit lautissime Decanus Excepit, et fatigationem Eorum Demulsit.

Duodecima Conuocatio

Conuocati sunt Doctores omnes In scholas superiores Nouos Baccalaureos Interrogaturi Diebus 23 25 et 26 mensis Junij De omni materiâ medicinali.

Decima tertia
Conuocatio

Die mercurij 22 Julij 1716. horâ tertiâ post meridiem Conuocati sunt Doctores omnes In scholas superiores Decanum De Baccalaureis Emeritis

Dicturum auditam.
sic autem alloquutus est Decanus

Viri Clarissimi

Si quae sunt onerosiora, eo sunt honorabiliora munera, Placa testa Dixero Decani, quo hisce temporibus fungor Inter tot officium, non mediocrem hactenus honorem afferre mihi debuisse, multo majorem sub finem allaturum.

quo In statu positus vel versus suscepi meministis; spes erat aliquantula septenarium Baccalaureorum numerum, si singuli Lauream Doctoralem essent adepti, fuisse nos utcunque recreaturum

Verum longe secus accidit.
Difficillime quidem, Dicam et acquirunt suas Lgerunt thesas. Nonnisi post septem octove menses a suis thesibus peractis tot plerique persolverunt;
Imo quidam et post annum, quin et unus plane decoxit.
Tot Ipso Die Iovis primo Incurrente post Martinalia thesis non fuisset In scholis nostris Inferioribus propugnatas

si non Ego sumptus necessarios
Ex aere meo deprompsissem, tum
ad solvendum honorarium
Doctorum qui erant Disputaturi
tum ad absolvendam summam
illam quam solitis a Baccalaureis
absolvi In usu esse solitam,
novos ubi nanciscuntur Gradus.

Nunc verò nullus Ero cis prodit
ad Licentiæ gradum Evehendus.

Culpant omnes Iniquitatem
temporis; raritatem caritatemque
pecuniæ; quasi verò qui per
binos annos meditati sunt, mihim
contingere, se se hodiè dicere
deceat Imparatos.

Ubi nunc, Deus Bone! priscarum
ætatum Magnanimitas? ubi
pudor!
hæc quidem apud me dum reputo,
modò Indignor; modò et suffundor
verecundiâ.

Interim me non parùm angit
scholæ vestræ dignitas tuendas,
Cui ut Consulatis vos hodiè
Convocatos esse perorptavi.

His Dictis
an quidquam peteret decanus,

Interrogaverunt nonnulli.
Respondit a se nihil peti, sed
tantummodò Convocasse
Doctores, et Statum Scholæ
Cognoscerent, et inbuerentur
Res suas.

Porrò tunc Numerorale
Baccalaureos Emeritos ab
Exdecanis deterrerj et dissuadj;
novam ut Inferentur Decano,
et ipsius, si fierj possets
orbarentur honorario ex licentiis
ipsj debito.
Suspicio haerebat eò tero —
similiter, quòd turmatim et
velut agmine facto tenerant
In Comitium Exdecanj a quo
a multis mensibus abfuerant.

Dubabant, si fides multis, —
Decanum postulaturum ut
amandarentur in binomium
Emeritj Baccalaurej, quj antè
Vacationum tempus non
solvissent licentias, et si ipsos
accelerarent ad solvendas illas, —
formidine pœnæ; unde ipse
accingebant Exdecanj ad —
obsistendum Decano, ipsum
et Contristarent.

Rivet —

Si Res ita esset, sanè multum
eos delusit Decanus nihil
flagitando, et abierunt illi
profectò deceptissimi.

Decima quarta
Convocatio

Die Sabbati Calendis augusti
1716. Convocatâ facultate horâ
undecimâ;
Petiit Decanus ab adstantibus
Doctoribus ut vellent agere summo
Jure adversus abbatem, Priorem,
Et Canonicos regulares Ecclesiae
sanctae genovefae de Monte, qui
sinebant fratrem Josephum è
suo Coenobio per urbem divagari,
factitantem medicinam, et
venditantem medicamenta.
facultas annuit petitioni,
negotiumque Commisit Decano.

Tunc etiam postulavit a
facultate Magister franciscus
antonius Ledran, sibi ut
Emolumenta Scholarum servarentur,
quamdiu abesset ab urbe, è quâ
discedere meditabatur ad Insulas
dissitissimas peregrinaturus,
facturus illis medicinam Juxta

Diploma quod obtinuerat a Rege.
Concessit quoque facultas id quod petebatur ab illo.

Decima quinta
Convocatio

Die sabbati 27 augusti 1716.
Convocati sunt Doctores omnes in scholas superiores horâ sesquidecimâ matutinâ, De Jubilaeo proximis Remigialibus aperiendo primò deliberaturi.

Decima sexta Convocatio

Die lunae prid. ie Calendas septembris 1716. Convocati sunt iterum Doctores De eodem Jubilaeo.

Decima septima Convocatio

Demùm Die sabbati Nonis septembris 1716. Convocati sunt tertiò Doctores De eodem

Et censuit facultas aperiendum esse Jubilaeum, et sic conclusit.

Doye Decanus.

Decima octava Convocatio

Die sabbati 19 septembris 1716 horâ Decimâ matutinâ post sacrum, Convocati sunt Doctores Candidatorum supplicationem audituri. Hi erant tres
Bourdelin, Delatigne, Lagrive.

Decima nona
Convocatio

Die sabbati 26 septemb. 1716
Convocati sunt Doctores,
Clarissimorum virorum qui
litteris Candidatorum examinandis
praepositi fuerant, relationem
audituri.

Vigesima Convocatio

Die sabbati 3a octobris 1716
hora nona matutina post
sacrum Convocati sunt Doctores
Clarissimorum ~~[illegible]~~ examinatorum
relationem audituri, ‡ suumque
subinde Judicium laturi.

Et hi, Baccalaurei renuntiati
sunt, ad principium admissi.

‡ Decani Doctorum partes;

Vigesima et una
Convocatio

Convocati sunt Doctores omnes
in scholas superiores novos
Baccalaureos de omni materia
medicinali interrogaturi ab
hora secunda ad quintam
diebus mercurii et veneris 21 et
23 octobris 1716.

Vigesima secunda
Convocatio

Die veneris 30 octobris 1716
Convocati sunt Doctores omnes

In scholas superiores horâ tertiâ post meridiem, rationes prioris Decanatûs magistri Joannis Baptistae Doye auditum; per quas facultas Ipsi debuit, six mille quatre cent quatre vingt douze livres dix sols deux deniers.

Vigesima tertia Convocatio

Die Mercurij quartâ novembris 1716. Convocati sunt doctores omnes In scholas superiores horâ tertiâ post meridiem rationes posterioris Decanatûs M. Joannis Baptistae Doye auditum; per quas facultas Ipsi debuit neuf mille cinquante quatre livres douze sols un denier.

---

a quibus rationibus audiendis Exclusus fuit M. Gavey et cum Illo quatuor Exdecani, per Judicium In supremo senatu latum, et ipsis denuntiatum a magistro Joanne Baptistâ Doye Decano.

Deus det nobis suam Pacem.

Res gesta
apud Chirurgos

Renunciati sunt Chirurgi
sanctcosmaei
Die mercurii primâ aprilis
1716. qui vocatur serres.

Die sabbati subsequente qui
vocatur le Roux

Die lunae quartâ maii 1716.
qui vocatur Dové

Die lunae 25 maii 1716. qui
vocatur Chateau.

Die mercurii 5 augusti 1716.
qui vocatur Vbrallant.

Ubique Decanus interfuit cum
Duobus adjunctis.

Obstetrices
apud Chirurgos examinibus
tentatae et probatae fuerunt
Coram Decano et Medicis
ordinariis Castelleti
Die Veneris 27 novemb. 1715
quae vocatur Vilain

Die martis 24 decembr. 1715
quae vocatur brieve, et quae
vocatur le Comte.

Die sabbati 8 februar. 1716.
quae vocatur Avalon

Die Sabbati 18 aprilis 1716.
quæ vocatur le Roux

Die Sabbati 16 maij 1716. quæ
vocatur Carmant

Die martis 16 Junij 1716. quæ
vocatur Messager

Die Sabbati 18 Julij 1716. quæ
vocatur Sellier

Die Lunæ 20 Julij 1716. quæ
vocatur Grosstand

Die Jovis 20 augusti 1716. quæ
vocatur Cambie.

Die Veneris 25 septembr. 1716.
quæ vocantur Auguays, et
Rousset.

Die Jovis primâ octobr. 1716.
quæ vocatur guesdon.

Die Sabbati 24 octobr. 1716.
quæ vocatur Vallory.

Cæterùm Die Sabbati 9 maij
1716. Receptus Est apud
Chirurgos qui vocatur Caperon,
operator Pro Dentibus

Die Jovis quintâ novembris 1716. cooptatus est sive aggregatus Compendiariè Inter
Chirurgos [illegible] Parisienses qui vocatur gerard.

Apud Pharmacopæos

Nihil hoc anno gestum est.

Per mensem augustum et septembrem, Decanus et Professores cum adjunctis, Pharmacopæorum præpositis stipati lustraverunt medicamentarias omnes urbis officinas.

Res gestae
In academiâ

Anno 1716. Die sabbati 4 Januarii In Comitiis ordinariis apud Stellarum, Magister Joannes Baptista Doye saluberrimae facultatis Decanus, Dixit magistrum aignan eiusdem ordinis Doctorem, Juxta privilegia et Libertates Universitatis Statuisse, Etiam Intentatâ lite, praestare domum, quam habet In suburbio, immunem ab Excipiendis hospitio militibus. In eâ Domo se, si ad consilium suum perficiendum necesse sit, habitaturum. Postulare Eundem, ut ad Causam quae sit magistrorum e qualibet facultate Communis, Communi nomine velit Universitas accedere, se potius Regi Imperfas solaturum [?].

Cui postulationi Deputati omnes annuerunt.

Die 22 Junii Magister Joannes Baptista Doye saluberrimae

Saluberrimæ facultatis decanus
dixit, ab ordine suo, recurrente
vice suâ, Magistrum de la lue
Doctorem medicum nominatum
fuisse ad unam è Capellanis
Sancoylianis, vacantem per obitum
Magistri Le barbier ejusdem
ultimi possessoris; oblatoque
nominationis instrumento postulavit
ubi Curberi Universitatis ordine
illam præsentationem utpote
habere ratam. Pauloque post
Jusjurandum dixit Magister de
la lue in manibus amplissimi
Rectoris.

Per annum Lustrata sunt
a Tribunali Collegia
Cardinalitium;
Dormano bellovaeum et prellaeum;
Mōt-acutium, fortetum, subantinum;
Turonense
Marchianum
Boissiacum, ædunense;
grassinaeum, Laudunense.

Sequuntur
Tabulae acceptj et Expensj
per annum alterum
Nostrj Decanatûs.

fabula accepti

Caput Primum accepti
Ex annuo Reditu facultatis.

ad memoriam
annua Locatio majorum facultatis ædium est de 350.tt cadens in diem ultimum septembris proindique desideratur pretium sex mensium de 175.tt quod non accepit decanus

Desideratur etiam pretium sex mensium minorum ædium Locationis quod est de 120.tt quod non accepit decanus, usque ad diem ultimum septembris praeterea quoniam decanus accepit tantum quinquaginta libellas pro trimestri locatione quae cadit in diem ultimum martij, debitura dicto grado summa decem libellarum.

a Viduâ Pepin pro locatione majorum facultatis ædium cadente In diem ultimum ~~aprilis~~ martij 1716. accepit decanus — 262.tt 10s

a grado pro Locatione minorum ædium facultatis cadente pariter — 170.tt

a quaestore Urbano, dicto Ourlin, pro proventu minore, cadente In diem ultimum Junij 1716 — 88.tt

a D. Boucot pro altero proventu majore, cadente In diem ultimum septembris 1714. Decanus, Cum accipere debuisset 650.tt; quoniam retentum est decimum Denarium, accepit tantum — 585.tt

Caput secundum
accepti a Baccalaureis In quodlibetariis disputationibus pro stipendiis Lectorum et registro

a Lebert	4.tt 10s
a peaget	4.tt 10s
a Hallays	4.tt 10s
a alliot	4.tt 10s
a Millet	4.tt 10s
a Chevalier	4.tt 10s

Suma istius paginae est d.— onze cent trente deux livres dix sols

Caput tertium
accepi ab iisdem
In quodlibetariis disputationibus
pro horto

a le bert	3.# 4s
a peaget	3.# 4s
a hallays	3.# 4s
a alliot	3.# 4s
a millet	3.# 4s
a Chevalier	3.# 4s

Caput quartum
accepi ab iisdem
In quodlibetariis disputationibus
pro anatome
Et schedulis non registratis

a lebert	16.#
a peaget	16.#
a hallays	16.#
a alliot	16.#
a millet	16.#
a chevalier	16.#

Caput quintum
accepi a Baccalaureis
In quaestionibus Cardinalitiis
pro stipendiis Laborum et horto

a peaget	10.#
a alliot	10.#
a Chevalier	10.#

Summa istiue paginae est de cent quarante
cinq livres quatre solz

Ad Tildem
Pro Rebus academiæ 1 ll
1 ll
1 ll

Caput Sextum
accepi a Chirurgis
a singulis qui per annum
adepti sunt magisterium
Chirurgiæ Decanus accepit
sex libras cum Duodecim
assibus, et sex Denariis; unde
Exurgit summa 1 ll. 2 s 6 d

Caput septimum
accepi a medicinæ studiosis
pro Iure Inscriptionis
Et pro Iure sigilli
accepit Decanus pro Illis 191. ll

Caput octavum
accepi a medicinæ Candidatis
Examinandis
pro anatome, et schedulis non
registratis

a Tornage 16. ll
a Santeuil 16. ll
a Jacques 16. ll
a Bourdelin 16. ll
a La Vigne 16. ll
a La gaine 16. ll

Summa istius paginæ est Deux trois Cent
Cinquante neuf livres Deux sols Six Deniers

ab iisdem admissis
ad Baccalaureatum
pro iure Bursarum

a Turnage [redacted] 16 lt
a Sanbeuil 16 lt
a Jacque 16 lt
a Boudelin 16 lt
a la Ligne 16 lt
a Lagrive 16.

ab iisdem pro sacello
Et Ornamentis loco Sanctori

a Turnage 16 lt
a Sanbeuil 16 lt
a Jacque 16 lt
a Boudelin 16 lt
a la Ligne 16 lt
a Lagrive 16 lt

Caput nonum
accepi a Baccalaureis
pro aulaeorum usu

pro sex quodlibetariis accepit decanus ~~3 lt~~ 72 lt
pro tribus cardinalitiis ~~2 lt~~ 36 lt
pro uno actu pastillaria 4 lt ~~xx~~

Caput Decimum accepi
Ex reliquâ secundâ quodlibetariis
Et in examine materiae medicae

accepit decanus ex illis 162 lt

Summa istius paginae est d... quatre cent soixante six ~~trente sept~~ livres ~~deux liv...~~

Caput Undecimum
accepti ab academiae
quaestore

A quaestore academiae pro—
honorario professorum accepit
decanus 1000.[lb]

Summa totius accepti est de troix mil
cent deux livres six sols
~~soixante et quatorze livres six sols six~~
deniers

Tabula Expensi

Ex rationibus priori decanatus 6434.[lb] 5s 6d
facultas debuit summam ~~[illegible]~~

pro honorario decani 150.[lb]

pro nummo argenteo doctoribus
viritim distributo 335.[lb]

majori apparitori pro calculis 15.[lb]

visis quittantiis

Caput secundum
Expensi pro stipendiis professorum

M. guillot decanus solvit 90.[lb]
M. Bompart 90.[lb]
M. finot 90.[lb]
M. De la Gire 90.[lb]

Caput tertium
pro refusionibus

M. fagon antiquiori magistro 4.[lb]

Summa istius paginae est de sept mil
deux cent quatre vingt dix sept livres cinq sols
~~[illegible]~~ cinquante ~~[illegible]~~
six deniers

M. guillot 2.ᵗᵗ
M. Bompart 2.ᵗᵗ
M. Pirot 2.ᵗᵗ
M. de la hire 2.ᵗᵗ
M. thuillier 2.ᵗᵗ
M. a Zunedo 2.ᵗᵗ
M. hecquet Censori 2.ᵗᵗ
M. Doye decano 4.ᵗᵗ

Caput quartum
Expensi pro anatomiis et operibus
Chirurgiis Pharmaceuticisque

M. guillot, tum et chirurgo et apparitori 168.ᵗᵗ 8ˢ
M. Bompart, tum et chirurgo et apparitori 167.ᵗᵗ 1ˢ

alteri pharmacopæo
tum et apparitori 47.ᵗᵗ 8ˢ

vide quittantias

Caput quintum
Expensi pro honorario
Professorum
M. guillot 200.ᵗᵗ
M. Bompart 200.ᵗᵗ
M. Pirot 200.ᵗᵗ
M. de la hire 200.ᵗᵗ
M. thuillier 200.ᵗᵗ

Caput sextum
Expensi pro Rebus Sacris

pro anniversario Magistri Lallon 25.ᵗᵗ

Summa istius paginæ est de mil quatre cent vingt six livres quatre ~~[illegible]~~ solz

Pro anniversario M. de Colonia 6.lt

Pro missis celebratis et obitibus ad
Diem Ultimum anni 1715 83.lt 15s

Pro missis et obitibus celebratis ad
Calendas aprilis 1716 61.lt 5s

Pro missis et obitibus celebratis ad
Calendas Julij 1716 37.lt 15s

Pro pane azymo et vino a
Majore bidello suppeditatis ad
missarum celebrationem 4.lt

Pro mundatis sacelli lintris, Et
Eorum tum etiam indumentorum
sacerdotalium restauratione 20.lt

Pro pane lustrico oblato solenni-
tate In Ecclesia Sancti Stephani
de monte 25.lt

Pro ~~mundatis~~ mundato extra
ordinem sacello ante diem Divi
Lucae; 6.lt

Die Divi Lucae 80.lt

Cerario pro cereis et facibus
suppeditatis per annum 378.lt

Doctoribus et bidellis qui interfuere
missae In scholis celebratae pro
requie animae M. frizomat 32.lt

Die festo Corporis Christi 465.lt 15s

Summa istius paginae est de onze cent
quatre vingt dix huict livres dix solz

cens quittances

Caput septimum expensi
pro rebus academiae

In supplicationibus academicis

ad aedem Deo sacram sub
Invocatione Sancti hilarii die — 46.lt 5s
Veneris 13 Decembr. 1715.

ad aedem Deo sacram sub
Invocatione Sancti martini
turonensis in sorbonae sitae, — 41.lt 5s
die martis 17 martii 1716.

ad aedem Deo sacram sub
Invocatione Sancti Caroli de — 47.lt 7s
hospitio die Lunae 22 Junii 1716.

ad aedem Deo sacram sub
Invocatione Sancti Jacobi apud — 43.lt 6s 3d
Dominicanos majoris Conventus
die mercurii 7 octobr. 1716.

[illegible] quittantis

Decano et Censori qui comitati
sunt Rectorem, quo die Creditatis
magistratibus, attributa
Est summa — 18.lt
Eodem die decanus solvit bidellis — 8.lt

Die ———
Decano Comitanti Rectorem
academiae gratulaturum
augustissimo Regenti, attributum
Est honorarium — 6.lt

Summa illius paginae 210. — deux cent dix
livres cinq sols trois deniers

adjuncto Decanus solvit 3.
appparitoribus 3.

Die ———————

Decano Comitanti Rectorem
In Ecclesia Principe quo dicto
parentabatur Ludovico magno,
attributum est honorarium 10.
adjuncto solvit decanus 5.
apparitoribus 5.

Caput debarum
Expensi pro Rebus facultatis
pro pensione viduae fournier 150.
pro ... 15.
pro tributo in bidellorum Capita
Imposito 17. 16
aulaeorum textori 47.
aulaeorum textori alteri 6. 10
pro decimo denario decanus 33.
solvit 59.
Insuper 29. 10
Librario 18.
fabro ferrario 15. 10
aedium tectori 16. 2
Librorum Concinnatori 70.
typographo facultatis 270.

Summa istius paginae 440. — sept
quatre cent ... ... cent

... quinta ...

Dicto Legrine pro papyro,
Calamis, et atramento 19.#

pro mandato per annum scholarum
Circuitu 10.#

pro Ligno 19.#

pro variis itineribus susceptis a
filio Legrine 29.#

Ei qui affixit per urbem singula
programmata facultatis 16.#

pro mensibus comitiis 2 20.#

pro Capsis sive gerisoliis ad
Continenda folia pertinentia ad
Codicem pharmaceuticum 13.#

Scribae qui codicem pharmaceuticum
absoluit, et diluide rescripsit 40.#

Ei qui proventus facultatis apud
quaestores quaesiuit 10.#

Doctoribus qui Comitati sunt
Decanum apud Illustrissimum 32.#
Senatus Principem Die
pro re ad facultatem pertinente

Decano qui adiuit Illustrissimum
galliae Cancellarium Cum
adiuncto, pro re ad facultatem
Etiam pertinente, attributum est
honorarium 9.#

Summa illius paginae est deux cent quatre vingt
cinq livres

usus quitantiis

Variis Causidicis, Libellionibus, accensis, amanuensibus ministris, pro quibusdam sumptibus Ilicò persolutis solutis | 63.#

Dicto Tiard In suprema Curia procuratori | 77.# 5

Dicto mallon procuratori In Castelleto | 64.#

Patrono facultatis Principali sive Causidico In supremâ Curiâ pro innumeris sive ex Consiliis, proque multis laboribus ab Eo susceptis pro rebus facultatis per biennium | 200.#

pro Sportulis | 150.#

pro caducis Impensis | 60.#

pro operâ Extraordinariâ bidellorum | 50.# 25.#

pro Calculis rationum hic et nunc hodie redditarum | 15.#

visui quatantit

Summa istius paginae est de sept cent vingt six livres vij sol

Summa itaque totius Expensi est de douze mil ~~cent vingt huict~~ cinquante deux livres ~~six huict~~ quatorze sols ~~cinq~~ neuf deniers

Summa vero totius accepti est de treize mil ~~soixante quatorze~~ cept deux livres ~~deux~~ seize sols six deniers

Ergo summa totius Expensi superat summam accepti de ~~neuf~~ huict mil ~~huict cents cinquante livres~~ neuf cent quarante neuf livres ~~huit~~ dix sept sols ~~six~~ trois deniers

facultas gratas et ratas habet has rationes

redditur à Magistro joanne baptista 137
Doye decano; gratias agit illi maximas propter
res facultatis generose et strenue gestas. —
decrevit illi solitum honorarium de cent
cinquante livres & censuit unicuique doctori
praesenti aut cautario nummum unum
argenteum distribuendum esse, decano et
antiquiori Magistro duplum, unicuique apparitori
unum. praeterea decrevit à decano qui
successurus est solutum iri juxta consuetudinem
illico Magistro joanni baptistae Doye summam
de ~~neuf~~ huict mil ~~[illegible]~~ neuf cent quarante livres dix sept ~~cinquante quatre livres [illegible]~~ sols
huit ~~[illegible]~~ deniers quae ipsi debetur à facultate, illaesis
et inoffensis juribus Magistri joannis baptistae
Doye erga facultatem universam Et —
praeterea solutum iri pariter honorarium
quod nunc attributum Dno Doye, nec non
summam quam jam distribuit doctoribus
Insuper quoniam baccalaurei per decanatum
magistri joannis baptistae Doye licentiae gradum
non sunt assecuti, decrevit facultas honorarium
quod ex licentia percipere solent decani —
perceptum iri ab ipso Magistro joanne
baptista Doye non autem ab alio decano
cum licentiae gradum assequentur baccalaurei
quos educavit Magister joannes baptista
Doye per suum decanatum.
Actum parisiis in scholis nostris
superioribus die quarta Novembris anni
millesimi septingentesimi decimi sexti. —

Chevillier Guerin Gayant maillard
Cordelle Dreux Lemery
Jouvard
g. e. Emmerez Finot Gilles Collot
Ajuay Hermant Pompart
Burette Afforty Vermelhuis De Belestre
De Bordegaraye Fourneau Perchard
Couthier Azevedo Chomel Mongin
Leaulté Guyart

Delahire Berthaud Duclerc Imbert
Guillier Besnier Littre Fontaine
Baron Emmerez Guillot
Giot
Enguehard Adam Rousseau Jamine
Delaleu
Le François Col de Villars Baill
Mattot Chuscard Renard Maraud
Andry Dufresne Geoffroy Croix
Pepin Lopez
Douté Vergnes Dacal Goiel
Caron Martinenq
Silva
Procope Helvetius
Le Bonnettier Chomel
Gelly

Appendix ad Decanatum Magistri Joannis Baptistae Doye

\# Magistri Jamin, Maillard, Emmerez, Collot, Dufresne, Andry, Bompart, Bermonts, Fontaine, Belmier.

Decem ex facultate viri, # viri
sane fide et probitate non minus
quam eruditione commendabiles, et
ab omni calliditate alieni, cum
aegre ferrent decanatum magistri
Joannis Baptistae Doye orbatum
fuisse licentiis propter calamitatem
temporis, obtinuerant senatus
consultum, quo imperabatur
decanatum magistri Joannis Bap.
Doye in biennium prorogari; quod
quidem non arridebat decano;
satis enim erat illi quod honoraria
quae percipi solent a decanis, quo

tempore Baccalaurei

tempore promovebantur [Baccalaurei] ad
licentiatum, fuissent ipsi reservatas
a facultate quo die Computa
sua exhibuerat, nec quidquam
illi videbatur ultra desiderandum.

Praeterea Conjiciebat Decem virorum
Consilium non placiturum
omnibus. attamen voluerunt illi
proferri senatus consultum in lucem.
quodque a me conjectum fuerat
Contigit. volebant illi persistere,
sed ut absisterent adegi, abdicando
ipse proprio motu decanatum.

Rumor propter hoc in scholis
superioribus commotus die sabbati
proximo post festum omnium
sanctorum fuit in Causâ Cur hodie
fuerint irrita Comitia, nec ullus
Decanus tunc Creatus fuerit.

Paulò post ab antiquiore magistro
facultas fuit Convocata, juxta
Consuetudinem, ubi deficit Decanus;
Decanum Electura.

Cum rationes utriusque Decanatus Magistri Joannis Baptistæ Doye à singulis Doctoribus non sint comprobatæ (adversus quas plurimi intercessere) placuit ordini sequentem Conclusionem prioribus substituere, tam ut quælibet litis ansa tollatur, quam ut ipsi debitum tuto persolvat Decanus.

Conclusio

Facultas concordiæ causâ, ratas habet accepti et expensi rationes à magistro Joanne Baptista Doye redditas, et ab antiquis Decanis, aliisque Doctoribus recognitas. Concessit ipsi persolvendam esse summam de neuf mil quatre cens quatre livres dix sept solz trois deniers à Magistro Amando Douté Decano; Verum ne deinceps sumptibus obruta, amplius obruatur ære alieno, quo nusquam soluta foret, ordinauit prouide, ut nullus cujusque fauoris aut conditionis Decanus, insolitam supra viginta libras facere impensam audeat, nisi prius consulto ordine, causâ speciatim definitâ, conuocato; si secus factum fuerit, illius impensæ extraordinariæ nulla ratio esto, sed in Decanum recidonto; Quod ut ratum et fixum sit, voluit hanc conclusionem à singulis Doctoribus subsignandam Datum in Comitiis per juramentum

habitis in Scholis Superioribus.
Die Sabbabi 23a mensis Januarij
an. 1717 Doute Decanus

Bourdin · de Farcy · Vernage · Afforty.

Doute f. · Delahire · Baron

Beoward · Adam · Peschard

De Bordegaraye · Bernier · Delaleu

Pepin · Mongin · Ducerf · Mattot

Lemoine · Marais · Collot

Coutgier

Lepy · Chomel · Littre · Col de Vilars

Geoffroy · Tafforty · Vergnet

Azeue · Enguehard · Goüel

Guillot · Giot · De Jussieu

Picoté De Belestre · Garani · Caron

Burette · Baille

Dauval · Thuvneau

Leaulté · Finot · Guyart · Preaux

Renaud · Le François · Jo. Fermellhuis · Helvetius

Martinenq · Tobeque

Carmelier · Silva · Sonnettier · Chascart

Commentarius

Rerum in facultate Medicâ
Parisiensi gestarum,

M. Amando Douté Parisino
Regi à Consiliis, Serenissimæ
Bituvigum Ducissæ Archiatro,
Decano,

a die Septimo Novembris
anni millesimi Septingentesimi
decimi Sexti ad diem Sextum
Novembris anni millesimi
Septingentesimi decimi Septimi

Facultas convocata die Sabbati
Septimo Novembris an. 1716 horâ
decimâ matutinâ post Sacrum,
professores electura tantum, ut
obtemperaretur Senatus consulto
lato die primo Septembris 1716,
et Singulis Doctoribus à M.
Joanne Baptista Doye tunc
Decano per majorem facultatis
apparitorem denuntiato, ~~quo~~
die Sexto Novembris 1716, quo
decanatus M. Joan. Bapt. Doye
in biennium prorogabatur,
huic Senatus Consulto cum
Sanior Doctorum pars illicò
obstitisset, ut pote ab Eorum

Statatis et usibus maximè
alieno, nulli neque Decanus,
neque professores his in comitiis
electi fuêre; Res verò facultatis
penes M. Mathæum Thuillier
alterum ab Antiquiore Magistro
remansêre, donec Decanus alter
in locum M. Joannis Baptistæ Doye
eligeretur.
Quapropter ab Eodem Antiquiore
Magistro die Martis decimo
Novembris 1716 indicta fuêre
comitia Serenissimi Cœnomanen-
sium Ducis jussu, necnon Illustrissimi
Archiatrorum Comitis nomine
In quibus de Variolis tantum
actum fuit, quæ tunc minus
malignè et minori cum frequentiâ
per Urbem grassabantur.
Die Sabbati 14.° Novembris
anni 1716 horâ decimâ matutinâ
post Sacrum iterum a M. Mathæo
Thuillier convocati fuêre Doctores
in Scholas Superiores, Decanum
et professores Electuri; quibus in
comitiis a M. Joanne Boudin
Regi à Consiliis, Serenissim.
Delphini et Delphinæ, dum
viverent Medico Primario,
necnon Regis perpetuò Ordinario
lectione facta Epistolæ ab
Illustrissimo Archiatrorum
Comite M. Ludovico Poirier
ad facultatem Scriptæ cujus
hæc sunt verba

Messieurs

Je me flatte que vous ne doutés
pas de l'affection et du zelle qui
m'anime pour le bien et les interests
de la faculté, que j'honneveray
toujours comme ma mere et ma
bienfaictrice. Sur ce fondement
j'ose vous insinuer, (sans vouloir
donner d'atteinte a ses loix et
a ses statuts) de mettre a vostre
teste en qualité de Doyen
Monsieur Douté premier Medecin
de Madame Duchesse de Berry
vous connoissés Messieurs, aussy bien
que moy, qu'il a toutes les qualités
necessaires pour remplir dignement
cette place, et que celle qu'il occupe
luy donne par son relief l'authorité
que vous pouués desirer, afin
de soutenir auec vigueur nos droits
a la Cour et a la Ville; nous auons
de bons et grands exemples de ce que
je vous demande sans que je les
cite; s'il vous plaist donc, Messieurs,
de vous y conformer encore dans
la conjoncture presente et que
le succés reponde a mes droites
et justes intentions, je vous en
seray tres sensiblement et
singulierement obligé présumant
que la situation de nos affaires
exige un pareil choix et fait

de la maniere convenable que vous n'ignorés pas: Je m'étendrois inutilement sur les pressants motifs que vous en devés avoir, vous les sentés parfaitement et moi je suis plainement penetré de l'envie que j'ay de vous marquer pendant le reste de ma vie combien je suis

Messieurs

Vostre tres humble
et tres obeissant
serviteur Poirier

au chateau des
Thuilleries ce vendredy
6.e novembre 1716

Unanimi omnium Doctorum consensu et vivâ voce renuntiatus fuit Decanus M. Amandus Douté

Tum antiquioris manu sorte ducti sunt professorum Electores tres majoris ordinis

M. franciscus Afforty
M. Philippus Douté
M. Carolus Thuillier

Duo autem minoris ordinis

M. Philippus Bernardus de Bordegaraye
M. Petrus Alleaudo

Qui quidem praestito apud antiquiorem Magistrum solito

Sacramento, è Sacello, quò convenerant reversi nominaverunt in professorem Scholarum è majori ordine

M. Philippum Caron

E minori

M. Claudium Vergne

M. franciscum Poulle

In professorem Chirurgiæ tres è minori ordine quia nulli è majori ordine aderant scilicet

M. alexandrum le françois

M. Joan-Bapt. Thomam Martinenq

M. Andræam de Laleu

In professorem rei herbariæ è majori ordine

M. Ludovicum Lemery

E minori verò

M. Claudium du Cerf

M. Petrum affortty

In professorem pharmaciæ è majori ordine

M. franciscum Vernage

M. alexand. Petrum Mattot

E minori

M. antonium le Moine

Quorum omnium nominibus sigillatim in Urnam conjectis professor Scholarum M. franciscus Poulle, professor Chirurgiæ M. Joan. Bapt. Thomas Martinenq, professor rei herbariæ M. Petrus affortty, professor pharmaciæ M. antonius le Moine sorte ducti sunt, et in Censorem academiæ

appellatus est M. franciscus Goiel
in locum M. Joann. Bapt. Doye
qui iam eo munere functus fuerat.
Tum Decanus et professores solito
se sacramento adstrinxerunt se
sui officij munus rite executuros
atque sic conclusit M. Mathœus
Thuillier alter ab antiquiore.

Sequuntur nomina et cognomina
M. M. N. Doctorum Medicorum
actu Regentium in saluberrimâ
facultate Parisiensi anno R.
S. H. millesimo septingentesimo
decimo sexto.

M. Guido Crescentius fagon
Regi a sanctioribus consiliis
Ludovici decimi quarti dum
viveret Medicus Primarius,
Regiæ Scientiarum academiæ
Socius honorarius, horti Regij
supremus Moderator et antiquior
Scholæ Magister
M. Mathœus Thuillier
M. Claudius Guerin
M. Dominicus de farcy antiquus Decanus
M. Ludovicus Gayant Medicus
Regis ordinarius veteranus. chir. prof
M. Joannes Robert
M. Joannes Cordelle
M. Germanus Preaux professor Regius
M. franciscus Afforty antiquus Decanus
M. Ludovicus Poirier Regi à
sanctioribus consiliis archiatrorum
Comes et antiquus Decanus.
M. Petrus Paulus Gyart Regij
mutilatorum Nosocomij Medicus
ordinarius
M. franciscus Maillard

M. Guido Erasmus Emmerez
M. Joannes Boudin Regi à Consiliis Serenissimi Delphini et Delphinæ, dum viverent Medicus Primarius, necnon Regis perpetuo ordinarius et Antiquus facultatis Decanus.
M. Bertinus Simon Dieuxivoye
M. Joannes Daval
M. Franciscus Picotté de Bellestre
M. Urbanus Leaulté
M. Joann. Baptista Doye Antiquus Decanus
M. Franciscus Goüel Academiæ Censor
M. Amandus Douté Regi a Consiliis, Serenissimæ Bitavigum Ducissæ Medicus Primarius et facultatis Decanus
M. Philippus Douté antiquus Decanus
M. Joan. Bapt. Dodart Serenissimi Delphini dum viveret Medicus Primarius, et Serenissimæ principissæ Dotariæ de Conty Medicus ordinarius.
M. Franciscus Vernage Antiquus Decanus.
M. Petrus Marais
M. Ludovicus de Vaux
M. Petrus Joannes Burette professor Regius, et Regiæ Numismatum academiæ Socius, necnon librorum Censor Regius.
M. Alexius Littre Regiæ Scientiarum academiæ Socius
M. Alexander Petrus Mattot
M. Claudius Burlet Regis hispaniarum archiater et Regiæ Scientiarum Academiæ Socius honorarius.
M. Joannes Gely
M. Philippus Caron

M. Armandus Josephus Collot
M. Andreas Cvellé
M. Joannes Bapt. Chomel Medicus Regis ordinarius et Regiæ Scientiarum academiæ Socius.
M. Philippus Hecquet antiquus Decanus
M. Claudius du fresne
M. Nicolaus Andry professor Regius et librorum Censor.
M. Carolus Bompart Scholarum professor.
M. Carolus Thuillier
M. Petrus le Tonnelier
M. Ludovicus Lemery Regiæ Scientiarum academiæ Socius.
M. Jacob. Simon Gilles de la Riviere
M. Philippus Bernardus de Bordegaraye
M. Remundus Jacob finot
M. Michaël Ludovicus Reneaulme de la garenne Regiæ Scientiarum academiæ Socius.
M. Jacobus fourneau
M. franciscus Aignan
M. ~~Steph~~ Stephanus francisc. Geoffroy professor Regius et in horto regio chymiæ professor, necnon Regiæ Scientiarum academiæ, Regiæque Societatis Londinensis Socius.
M. Joannes Bermont Medicus Regis ordinarius utriusque aulæ Equestris
M. Petrus Alceaudo pharmaciæ professor
M. Antonius Pepin
M. Philippus fontaine
M. Joannes Despinay Pesehard
M. Joan. Bapt. fermelhuis Regiæ artium academiæ Socius honorarius.
M. Ludovicus Guillot
M. Claudius Vergne

M. Joannes Bapt. Enguehard Scholarum professor
M. Claudius du Cerf
M. Salvator Cluscard
M. Claudius Andrianus Helvetius Medicus Regis ordinarius
M. Michaël procope couteaux
M. alexander le françois
M. Joannes Baptista Mongin medicus Regis ordinarius.
M. Joan. franciscus Conthier
M. Antonius Geoffroy
M. Joannes Nicolaus de la hire è R. S. A.
M. hyacinthus Theodorus Baron
M. Camillus falconet Medicus Regis ordinarius utriusque aulæ Equestris
M. Ægidius Adam
M. Thomas Bernardus Bertrand
M. franciscus Poulle
M. Joannes henricus Imbert
M. Joan. Bapt. Thomas Martinenq
M. Joan. Bapt. Silva Serenissimi Ducis Borbonij medicus ordinarius.
M. Antonius de Jussieu in horto Regio Botanices professor et Regiæ Scientiarum academiæ socius.
M. Joannes Belle medicus domûs Regiæ
M. henricus Bernier rei herbariæ professor
M. Elias col de vilars
M. Petrus antonius Lepy
M. antonius le Moine pharmaciæ professor
M. franciscus antonius le Dran
M. Joan. franciscus Giot
M. Andræas de Laleu
M. franciscus Bailly

M. Claudius Antonius Renard
M. Petrus Affourty
Quæ nomina et cognomina in primâ quodlibetariâ, ante quodlibeta, a majore facultatis apparitore publicè appellata sunt et recitata

Quæstiones quodlibetariæ

Die Jovis decimô nonô Novembris 1716 disputavit de quodlibetariâ quæstione ordine suo M. Philippus Douté, respondente michaële Ludovico Vernage Parisino Baccalaureo hæc autem fuit quæstio affirmativè conclusa
An fluentium in corpore magna potentia?
Die Jovis tertiô Decembris 1716 de quodlibetariâ quæstione disputavit ordine suo M. Amandus Douté Regi à consiliis, serenissimæ Biturigum Ducissæ Medicus Primarius, facultatis Decanus hæc autem fuit quæstio negativè conclusa, respondente Baccalaureo Ludovico de Santeül parisino
An mutuum tribus et fermentationis commercium?
Die Jovis decimô septimô Decembris 1716 disputavit ordine suo de quodlibetariâ quæstione M. Franciscus ~~Gouel~~ Gouël academiæ Censor Respondente Josepho de la Gyrie Sedanæo baccalaureo hæc autem fuit quæstio affirmativè conclusa

An quae statim à menstruâ
purgatione concipiunt citiùs
pariunt?
Die Jovis 31.° Decembris 1716
disputavit ordine suo de
quodlibetariâ quaestione
M. Joannes Baptista Doye
Respondente Gabriele Antonio
Jacques Parisino baccalaureo
haec autem fuit quaestio affirmativè
conclusa
An praecellentia Medicorum
ab Idiosyncrasiarum accuratiori
notitiâ?
Die Jovis 21.° Jan. 1717 disputavit
ordine suo de quaestione quodlibetariâ
M. Urbanus Leaulté respondente
Baccalaureo Claudio de la Vigne
de Frecheville parisino; haec
autem fuit quaestio affirmativè
conclusa
An qui fermentationis
ille et hominis naturam
nescit?
Die Jovis quarto februarii
1717 disputavit de quodlibetariâ
quaestione ordine suo M.
franciscus Picoté de Belestre
respondente baccalaureo Ludovico
Claudio Bourdelin Parisino
haec autem fuit quaestio
affirmativè conclusa
An amor ingenium mutet?
Die Jovis octavo aprilis 1717
disputavit de quodlibetariâ

quæstione ordine suo M. Joannes Daval, respondente Joanne Francisco Leaulté parisino baccalaureo. hæc autem fuit quæstio affirmativè conclusa,

An testes ad mentis fœcunditatem multum conferunt?

Die Jovis 22° aprilis 1717 disputavit ordine suo de quodlibetariâ quæstione M. Bertinus Simon Dieuxivoye respondente Claudio Brunet Lugduneo Baccalaureo, hæc autem fuit quæstio affirmativè conclusa

An à diversis alimentis Ingenii indoles diversa?

Quæstiones Cardinalitiæ

Die Jovis 18° februarii 1717 de Cardinalitiâ quæstione disputavit M. Michaël Procope Couteaux respondente baccalaureo Gabriele Antonio Jacques parisino. hæc autem fuit quæstio affirmativè conclusa

An aër frigidus et siccus salubrior?

Die Jovis 25° februarii 1717 disputavit de Cardinalitiâ quæstione M. Joan. Claudius Adrianus Helvetius Medicus Regis ordinarius, et è Regiâ scientiarum academiâ respondente Emanuele Mauritio Duverney parisino baccalaureo: hæc

autem fuit quæstio negative conclusa

An largiorem semper exigit Kina-Kina cibum?

Die Jovis quarto Martij 1717 de Cardinalitiâ quæstione respondit Ludovicus de Santeüil Parisinus baccalaureus præside M. Salvatore Cluscard, hæc autem fuit quæstio affirmative conclusa

An ad Longævitatem, laboris atque alimenti modus idem?

Die Jovis undecimô Martij 1717 disputavit de Cardinalitiâ quæstione M. Claudius du Cerf respondente baccalaureo Claudio de la Vigne de Frecheville Parisino; hæc autem fuit quæstio affirmative conclusa

An Senibus mel?

Die Jovis 18.o Martij 1717 de Cardinalitiâ quæstione disputavit M. Joannes Baptista Enguehard Scholarum professor respondente Baccalaureo Michaële Ludovico Vernage Parisino. hæc autem fuit quæstio affirmative conclusa

an victus pro tempestatum anni discrimine mutandus?

Vesperiæ et Doctoratus

Die 26.° augusti 1717 celebratus est actus Vesperiarum M. Nicolai le Tellier Licentiati, M. francisco Gouël academiæ censore præside, qui hanc quæstionem utrinque agitatam Ludovico de Santeül baccalaureo candidati Medicinæ vices gerenti proposuit dissolvendam

An Rheumatismi affectibus emeticum?

Illam M. Claudius du fresne M. Joannis Baptistæ Doye vices gerens Licentiato proposuit discutiendam

An Rheumatismi affectibus venæ sectio?

Die Martis septimô septembris 1717 M. franciscus Gouël academiæ Censor M. Nicolai le Tellier capiti pileum doctoratûs imposuit. Novus Doctor hanc quæstionem M. Andreæ de Laleu M. Joan. Bapt. Thomæ Martineng vices gerenti proposuit

An in ~~[illegible]~~ asthmate Sudorifica?

Illam præses M. Claudio du fresne M. Joan. Bapt. Doye vices gerenti proposuit

An in ~~[illegible]~~ asthmate Narcotica?

Die Jovis 21.º octobris 1717
celebratus est actus vesperiarum
M. Joan. Bapt. Fausti Alliot
de Mussay Licentiati M. Philippo
Douté præside qui Michaëli
Ludovico Vernage baccalaureo
candidati Medicinæ munus
obeunti hanc quæstionem
in utramque partem agitatam
discutiendam proposuit.

An parva mulier fæcundior?

Illam M. Ludovicus Guillot
M. Amandi Douté facultatis
Decani vices gerens prius
utrinque agitatam Licentiato
dissolvendam proposuit

An parva mulier nutrix
præstantior?

Die martis 26.º octobris 1717
à M. Philippo Douté pileum
doctoralem accepit, M. Joan.
Bapt. Faustus Alliot de Mussey
qui illico hanc quæstionem
M. Andreæ de Laleu M. Joan.
Bapt. Silva vices gerenti
excutiendam proposuit

An difficulter parienti
pro Lucina Venus?

Illam præses M. Ludovico
Guillot M. Amandi Douté
vices gerenti proposuit

An difficulter parienti
pro Lucina sternutatio?

Orationes publicæ

Die Dominicâ 22°. Novembris 1716 M. Joan. Bapt. Engueherd Scholarum in physiologiâ professor cursum Medicum auspicatus est à publicâ oratione quâ philiatros verbis elegantibus præmonuit quæ certa sit, quæ fallax discendæ Medicinæ via

Exercitationes Anatomicæ

Die Lunæ 15°. Martij et Sequentibus anni 1717. M. Ludovicus Guillot Scholarum in pathologiâ professor, Structuram partium in cadavere virili præcipuos usus et morbos quibus sunt obnoxiæ publicâ oratione explicavit, partes secuit et oculis subjecit Joan. Ludovicus Petit antiquus apud Chirurgos parisienses præpositus et Regiæ Scientiarum academiæ Socius.

Opera Galenico Chymica

Die Mercurij 2°. Junij 1717 et Sequentibus diebus M. Petrus Alleaume pharmaciæ professor de Selectioribus utriusque pharmaciæ compositionibus egit, operis laborem Sustinente Raymundo Villebrun pharmacopæo parisiensi

Die Mercurii 13º Januarii 1717
obiit M. Carolus Bompart
Scholarum professor vir suis
officiis addictissimus, postridie
corpus ejus humi mandatum
est in æde Deo sacrâ sub.
invocatione S.ti Stephani in
monte, animæ ipsius bene
precatum est in Scholarum
Sacello die Sabbati 23º ejusdem
mensis et anni.

Comitia facultatis

Die Sabbati quinto Decembris
1716 habita sunt per juramentum
comitia de morbis per Urbem
grassantibus in quibus nihil novi
de ejusmodi morbis dictum est,
probata verò fuere responsa
M. Ludovici de Santeül in actu
suo quodlibetario.
Die Sabbati 19º Decembris
1716 convocati fuere Doctores
per juramentum de morbis
per urbem grassantibus dicturi,
necnon audituri postulationem
præpositorum Chirurgorum
parisientium, uti
juratorum facultas Medica descenderet in
litem motam inter ipsos et
fratres Charitatis vulgò dictos.
quod pertinet ad morbos nihil

novi de his dictum fuit, quod
spectat verò ad postulationem
præpositorum Chirurgorum,
re in deliberationem missâ
eorum postulationi facultas
annuit eâ conditione ut Legatus
primi Regis Chirurgi unà cum
præpositis annuum et debitum
honoris observantiæ et pecuniæ
vectigal facultati persolverent
et à lite hâc occasione motâ
absisterent, necnon ab eâ quam
movevant adversus minorem
facultatis apparitorem.
Iisdem in comitiis probata
fuêre responsa M. Josephi
de la Grive in actu suo quod-
libetariæ
Die sabbati secundo Januarij
an. 1717 in comitiis ordinariis
probata fuêre responsa M.
Gabrielis Antonij Jacquet in
actu suo quodlibetariæ
Die Sabbati 26.° Jan. 1717
convocatis per juramentum
in Scholas superiores Doctoribus
de morbis per Urbem grassantibus
nihil novi dictum fuit, postulavit
verò M. Urbanus Lecaulté vellet
ut facultas examen Medicum
aperire extrà ordinem quo tentaretur
Eruditio Joannis francisci
Lecaulté ipsius filij. Re in
deliberationem missâ facultas
ejus postulationi annuit, eandemque

gratiam, datâ occasione, Claudio
Brunet concessit, ita tamen ut
nullum inposterum quâcunque
de causâ Examen Medicum
aperiretur nisi temporibus
statutorum lege praescriptis
Iisdem in Comitiis decretum
fuit nullos deinceps sive Magistratibus,
sive Doctoribus Cereos esse
distribuendos, neque etiam candelas
cereas in missâ purificationis B.
Mariae Virginis.
Iisdem in Comitiis censuit
facultas nullas inposterum
in sacello Scholarum missas
altâ voce celebrandas, et propter
rerum facultatis angustias,
cujuslibet generis impensas
a Decano esse omni ex parte
minuendas.
Cum postulationi M. Urbani
Leaulté facultas annuisset
ipsius filius et dictus Claudius
Brunet illicò facultati supplicavêre
ut ad Examen admitterentur,
litterasque testimoniales, tum
aetatis, tum studiorum et
magisterii artium attulêre
Die Lunae 18.° Jan. 1717 horâ
post meridiem tertiâ, auditâ
Clariss. Virorum qui examinandis
candidatorum litteris praepositi
fuerant relatione, ad Examen
Medicum admissi fuêre Joan.
franciscus Leaulté et Claudius
Brunet, ~~et~~ illicò de rebus

naturalibus interrogati.
Iisdem in Comitiis vivâ voce
Electus est M. Ludovicus Guillot
Scholarum exprofessor ad
absoluendum Medicinæ Stadium
à M. Carolo Bompart nuper
fato functo inchoatum.
Die Martis 19.° Jan. 1717 horâ
tertiâ post meridiem de hygiene
seu rebus nonnaturalibus
interrogati sunt dicti Candidati
Die Mercurij 20.° de pathologiâ
seu de rebus contra naturam
ipsis deinde commissus est
aphorismus hippocratis, quem
die Veneris 22.° post meridiem
interpretati sunt.
Die Sabbati 23.° Jan. 1717.
horâ decimâ matutinâ post
sacrum, auditâ clarissimorum
Examinatorum relatione,
probante ordine, Baccalaureatum
consecuti sunt

Joannes franciscus Leaulté
Parisinus
Claudius Brunet Lugdunæus

qui sacramento solito obstricti
admissi sunt ad principium
lectionis in Scholis inferioribus
Eodem die probata sunt responsa
M. Claudij de la vigne de frecheville
in actu suo quodlibetario.
Die Sabbati sextô februarij 1717
habita sunt solita comitia de
morbis per Urbem grassantibus

in his probata sunt responsa M. Ludovici Claudij Bourdelin in actu suo quodlibetario
Die Sabbati 20.° februarij 1717 in comitiis ordinariis probata fuere responsa M. Gabrielis antonij Jacques in actu suo Cardinalitio.
Die sabbati 27.° feb. in comitiis ordinariis probata fuere responsa M. Emanuelis Mauritij Duverney in quaestionibus Cardinalitiis
Die sabbati 6.° Martij 1717 in comitiis ordinariis probata sunt responsa M. Ludovici de Santeul in actu suo Cardinalitio.
Die sabbati 13.° Martij 1717 in comitiis ordinariis facultas probavit responsa M. Claudij de la Vigne de frecheville in thesi cardinalitiâ
Die Lunae 15.° martij 1717 et sequentibus ejusdem hebdomadae diebus novi Baccalaurei de omni materiâ medicâ tentati sunt ab horâ post meridiem tertiâ ad quintam.
Die sabbati 20.° martij in comitiis ordinariis grata habuit facultas responsa M. Michaëlis Ludovici Vernage in actu suo Cardinalitio.

Die Sabbati decimo Aprilis 1717 in comitiis ordinariis probata sunt responsa Joann. Francisci Leaulté in actu suo quodlibetario.

Die Jovis 15° Aprilis 1717 Sacrum celebratum est pro M. Michaële de Colonia et inter Doctores præsentes divisa fuit summa octo librarum.

Die Sabbati 24° Aprilis 1717 in comitiis ordinariis probata fuere responsa M. Claudij Brunet in actu suo quodlibetario

Die Sabbati 26° Junij 1717 horâ decimâ matutinâ post Sacrum, convocatis in Scholas Superiores Doctoribus de Licentiis Emeritorum Baccalaureorum deliberaturis, cum postulassent Emeriti Baccalaurei ut à præsentatione vulgò dicta et paranymphi actionibus immunes essent, re in deliberationem missâ, cum ad æqualem suffragiorum numerum pervenisset, nihil super eâ re statuere voluit facultatis Decanus inconsulto priùs Illustrissimo Senatus principe, qui cum res solito modo fieri optavisset, Res ita a Baccalaureis Emeritis factum iri conclusit Decanus.

Iisdem in comitiis de oleo è semine papaveris extracto judicium latum fuit, quod cum censuissent Doctores nihil narcotici aut sanitati inimici in se continere, ipsius usum tolerandum esse existimaverunt, cujus tamen ut abusus præcaveretur rem esse ad Illustrissimum urbanæ politiæ Proprætorem referendam.

Die Lunæ quinto Julij 1717 horâ decimâ matutinâ conuocatis in Scholas Superiores Doctoribus facultati Supplicuit M. Joannes Damianus Chevalier ut ad examen de praxi Medicâ unàcum aliis Baccalaureis Emeritis admitteretur, inter manus Decani deponendo instrumenta publica vulgò dicta Billett de l'Etat pro Summâ ter mille librarum, defectu numeratæ pecuniæ, donec pro Curtis Licentiarum Satisfecisset, ipsius Supplicationi facultas annuit.

Die Lunæ 12° Julij 1717 et Sequentibus ejusdem hebdomadæ Diebus ab horâ post meridiem tertiâ ad Sextam Baccalaureorum Emeritorum in praxi medicâ, Eruditio tentata est.

Die Sabbati 17° Julij an. 1717 horâ decimâ matutinâ congregati Doctores Baccalaureorum Emeritorum responsa probaverunt.

Die Dominica 25° Julij 1717 horâ post meridiem tertiâ Decanus Baccalaureos Emeritos ad Licentias admissos nomine totius collegij Medici obtulit academiæ Cancellario in aulâ exteriori Eminentissimi Cardinalis archiepiscopi Parisiensis.

Die Sabbati Septimo Augusti 1717 horâ decimâ matutinâ Supplicuit iterum facultati Joannes Damianus Chevalier Baccalaureus Emeritus, vellet ut defectu pecuniæ ab ipso numerandæ instrumenta publica quæ inter manus decani deposuerat ab ipso Decano Servari; re in deliberationem missâ facultas ejus Supplicationi annuit

eâ condicione vt intrà ~~viginti~~ viginti
quatuor horas, instrumento publico
se adstringeret et vadem debitum
offerret.
Iisdem in comitiis jus Rotuli
singulis Doctoribus concessum
fuit, eò quod folia quibus probari
poterat, inter manus Ioan. Bapt.
Doye remanserant.
Die Dominica 8° Augusti 1717
M. Ioannes Baptista faustus
alliot de Mussay Baccalaureus
Emeritus de saluberrimo ordine
eleganti oratione dixit, Licentiandorumq;
laudes celebrauit publicis paranymphi
actionibus, in scholis inferioribus
magnâ adstantium coronâ.
Die Lunæ Nono augusti 1717
conuenêre Doctores horâ septimâ
matutinâ in aulam exteriorem
Eminentissimi Cardinalis archiepiscopi
Parisiensis ~~et~~ vt suffragia de ordine
Licentiandorum extrà ordinem ferrent.
hic autem fuit Licentiandorum ordo.

M. mathæus le Bert Parisinus.
M. Ioan. Bapt. faustus alliot de Mussay
Parisinus.
M. Iacobus antonius Millet Senonensis
M. Michael Peaget Parisinus
M. Ioann. Damianus Cheualier
andegauensis

Quibus in genua procumbentibus
Cancellarius academiæ impertiuit
Licentiam docendi et faciendi Medicinam;
tum M. Ioann. Mathæo le Bert qui
primum Licentiæ gradum obtinuerat
quæstionem Medicam proposuit
de quâ vbi primus ille Licentiatus

respondit, Cancellarius, Decanus et Licentiati ad B. M. Virginis ædem se contulêre Deo optimo maximo gratias acturi, ibique noui Licentiati Sacramento se publico obligauêre.

Eodem die Noui Licentiati pro vesperiis et Doctoratu Cancellario Decano et Doctoribus præsentibus supplicauêre quorum postulationi factum est satis.

Res a facultate extra ordinem Gestæ

Die Veneris 26.o februarij 1717 Decanus cum selectis Doctoribus contulit se præeuntibus apparitoribus ad ædes Illustrissimi Cancellarij Galliarum D.D. Daguesseau ut facultatis nomine ipsi gratularetur ob concessam sibi a Rege Christianissimo tantam dignitatem; Eumque his verbis allocutus est.

Monseigneur

La faculté de Medecine qui n'a pas moins d'empressement que de joye d'auoir l'honneur de vous rendre ses respects, vient vous marquer combien Elle est sensible a la maniere prompte et decisiue, auec la quelle Le Prince du monde le plus Éclairé, a ~~exhaussé~~ exaucé les vœux de toute la france en vous plaçant a la premiere Dignité de l'Etat; De quels applaudissements ce choix n'a til pas esté suivi;

Il est vray que ce rang tout Eminent
quil est, etoit deub a vostre merite
et que c'est moins une recompense
qu'vne justice qu'on a rendu a tant
de rares qualitez, qui vous mettent
si fort au dessus des autres hommes;
vostre Elevation, Monseigneur,
soutient l'Esperance des gens
de bien, fait la satisfaction des
peuples, sert de consolation aux
malheureux, et est vne assurance
certaine du repos et du bien de
l'Etat. fasse le ciel que des jours
si pretieux puissent durer
autant que vostre gloire; ce sont
les voeux, Monseigneur, que
ne cessera point de faire la
faculté de Medecine, qui ose
se flatter de n'être pas tout a fait
indigne de l'honneur de vostre
protection.
Quo audito Illustrissimus Galliae
Cancellarius summâ cum Vrbanitate
facultatem excepit, quam ingenti
benevolentiâ prosecuturum se
humanissimis verbis pollicitus est.
D. Puylon Decanus

Res Gestæ in Academia Parisiensi

Die Sabbati 14° Novembris 1716
habita sunt comitia in Collegio
Sorbonæ plasteo apud amplissimum
Rectorem M. Joannem Gabrielem
petit de montempuys in quibus
nihil memoriâ dignum actum fuit.
Die Sabbati quintô Decembris 1716
habita sunt comitia academiæ menstrua
in quibus auditi sunt supplices
sex pro jure nominationis magisterij
artium et quinquennij; supplex
auditus fuit bibliopola qui ad
comitia apud Mathurinenses remissus
fuit, supplex etiam accessit presbiter
quidam qui jure magisterij contendebat
sibi vacantem in urbe atrebatensi
curiam pastoralem esse conferendam,
licet hujus diœcesis Episcopus eam
in litigium commisisset, cujus supplicationi
annuit academia, eâ tamen conditione
ut instrumenta sua deponeret apud
Dominum Roviet senatus Patronum.
Præterea in iisdem comitiis concessa
fuit summa centum libellarum
pergameni conducti locatori ut scilicet
damnum resarciretur temporis
locationis.
Die Sabbati 12° Decembris 1716
habita sunt extraordinem comitia
apud amplissimum Rectorem in
quibus statutum fuit academiam
decessuram esse in litem motam

pro pastorali curiâ in diœcesi
atrebatensi, necnon pro canonici
munere in diœcesi Sancti odomari
vt per totum regnum, quantum
fieri posset, confirmaretur jus
magistrorum in academiâ
parisiensi; iisdem in comitiis
lectus fuit libellus supplex
à sacerdote quodam Simone
Neviet Laudunensi oblatus, quo
postulabat vt collegij Laudunensis
Primarius teneretur instrumenta
sua referre quibus duœ in collegio
Laudunensi bursœ fundatœ sunt
pro studiosis in Medicinâ, quo
libello supplice lecto statutum
fuit monendum esse dicti collegij
moderatorem vt sistat se in
primis academiœ comitiis ibi
de rebus in dicto supplice libello
contentis responsurus.

Die Lunœ 14.° Decembris 1716
Solemnes academiœ supplicationes
habitœ sunt ad œdem Deo sacram
sub invocatione S.ti Stephani in
monte

Die Sabbati 17.° Decembris 1716
habita sunt comitia extraordinaria
apud amplissimum Rectorem
in quibus collegij Œduensis
Bursarij aduersus primarium
ejusdem collegij moderatorem
conquerentes auditi sunt, statutumque
fuit tertiò et vltimò esse diem
dicendum dicti collegij moderatori

quo sistere se teneabur apud
Rectorem, ibi bursariorum
querelis responsurus. alioquin
annui hujus collegij redditus
custodiam alteri committendam
esse donec lis componeretur.
Die Sabbati 2.° Januarij 1717
menstrua habita sunt apud
amplissimum Rectorem Comitia
in quibus nihil memoriâ dignum
actum fuit.
Die Lunæ 1.° februarij 1717
amplissimus Rector cum cæteris
academiæ ordinibus cereos pro
more detulit ad Regem Christianissimum
Ludovicum Decimum quintum,
et augustissimum Regni regentem
plurimosque Magnates viros.
Die ~~Jovis~~ Sabbati 20.° februarij
1717 auditæ sunt accepti et expensi
rationes redditæ a Quæstore
Generali Universitatis et probatæ
sunt
Die Martis 23.° februarij 1717
comitiis apud Mathurinenses
habitis Rotulus de more habitus
est.
Die Jovis 25.° februarij 1717
amplissimus Rector cum cæteris
academiæ ordinibus Illustrissimo
Galliæ Cancellario D.D. Daguesseau
gratulatus est ob supremam hanc
dignitatem sibi nuper collatam.

Die Martis secundô mensis
martij 1717 Lustratum fuit
ab academiâ collegium Dainvilleum
Die Sabbati sexto Martij 1717
habita sunt menstrua comitia
apud amplissimum Rectorem
in quibus nihil novi
Die veneris 12.o mensis Martij
1717 Solemnes academiæ
Supplicationes habitæ sunt
ad ædem Deo sacram sub invocatione
SS.torum Gervasij et Protasij; Eodem
die in oratione ante dictas supplicationes
ab amplissimo Rectore apud Mathurinenses
habitâ, universis academiæ ordinibus
declaratum fuit sibi ab Illustrissimo
Senatûs Principe mandatum fuisse
nihil quicquam de constitutione
Unigenitus his in comitiis agendum
esse; Verba tamen fecit de appellatione
ad futurum Concilium ab Episcopis
jam factâ, postulavitque num vellet
academia huic postulationi adhærere
quod cum unanimi consensu statuisset
sacra facultas, absente consultissimâ
jurium facultate, saluberrima
facultas mandatis regiis obtemperandum
esse censuit, remque esse ad alia
comitia remittendam; Quæ cum
Sententia augustissimo regni Regenti
arrisisset præ cæteris ~~parum abfuit~~
~~quin~~ Rector amplissimus dignitate
suâ decidisset, ni saluberrimæ
facultatis Decanus ipsius agendi

rationem apud Augustissimum regni Regentem purgasset, quare prorogata fuit ipsius dignitas in annum

Die Sabbati tertiô Aprilis 1718 habita sunt comitia ordinaria apud amplissimum Rectorem in quibus nihil novi actum fuit

Die Sabbati 17.° aprilis habita sunt comitia extraordinaria academiæ in quibus lectum fuit edictum magni consilij quo curia pastoralis vacans in dioecesi Atrebatensi deferebatur presbitero cuidam jure magisterij et gradnum in academiâ Parisiensi

Die Veneris 30.° aprilis 1717 horâ post meridiem primâ lustratum est ab academiâ collegium Cardinalitium

Die Sabbati sexto mensis Maij 1717 in menstruis academiæ comitiis nihil memoriâ dignum propositum fuit.

Die Sabbati quinto Junij 1717 menstrua habita sunt academiæ comitia in quibus nihil memoriâ dignum.

Die Sabbati 12.° Junij 1717 habita sunt apud amplissimum Rectorem comitia extraordinaria in quibus lectus fuit libellus quidam ab ipso amplissimo Rectore scriptus quo respondebat alteri libello ab Episcopis quibusdam adversus academiam promulgato, censuitque academia dictum libellum typis esse mandandum.

Die Mercurij 17.° Junij in comitiis extraordinariis apud Ampl. Rectorem conclusio supra dicta iterum ab academia confirmata fuit.

Die Veneris 16.° Junij 1717 Solemnes academiæ Supplicationes habitæ sunt ad ædem Deo sacram sub titulo annunciationis Sanctissimæ Virginis Deiparæ in Regali cœnobio RR. PP. Celestinorum

Die Sabbati 3.° Julij 1717 in menstruis academiæ comitiis supplices auditi sunt, præterea nihil memoriâ dignum

Die Martis 13.° Julij 1717 habita sunt comitia extraordinaria apud amplissimum Rectorem horâ sesquiquintâ in quibus lecta fuit Epistola ad Rectorem academiæ Parisiensis à Rectore Cadomensi scripta quâ postulabat vt placeret academiæ Parisiensi ipsi instrumentum aliquod publicum suppeditare quo vti posset in lite motâ inter ipsam academiam Cadomensem et Patres societatis Jesus ejusdem Vrbis.

Die Sabbati 7.° augusti 1717 in menstruis academiæ comitiis supplices de more plurimi auditi sunt, nihil præterea memoriâ dignum

Die Sabbati 28.° augusti 1717 litteris sigillum Vniversitatis appositum est in Regiâ Navarrâ.

Die Sabbati 4.° Septembris 1717 habita sunt menstrua academiæ comitia, in quibus præter auditos supplices nihil memoriâ dignum actum fuit.

Die Lunæ 4° Octobris 1717
in menstruis academiæ comitiis
nihil memoriâ dignum actum
fuit.
Die Mercurij Sexto octobris 1717
Solemnes habitæ sunt academiæ
Supplicationes ad ædem Deo sacram
sub invocatione S.ti Jacobi ab alto
passu
Die martis 12° octobris 1717
horâ septimâ matutinâ Comitiis
academiæ apud Mathurinenses
habitis M. Michaëlem Godeau
a quadrumviris pridie Electum
in amplissimum Universitatis
Rectorem confirmarunt Decani
et procuratores nationum

Res Gestæ
apud Chirurgos Parisienses

Die Sabbati 4° Decembris 1716
Dalbon aggregatus est in Societatem
chirurgorum coram facultatis
Decano et duobus Doctoribus.
Die martis primo Decembris 1716
Hebrard de universa chirurgia
tentatus est coram facultatis
Decano et duobus Doctoribus.
Die Mercurij 2° Decembris 1716
de chirurgia interrogatus est
mouton coram Decano et duobus
Doctoribus.
Die Veneris 4° Decembris 1716
in chirurgorum societatem cooptatus
est Berard coram Decano et
duobus Doctoribus.

Die martis 29.° Decembris 1716
interrogatus est et aggregatus
coram Decano et duobus Doctoribus
Castes
Die mercurij 30.° Decembris 1716
primo examine tentatus est Hebrard
more solito.
Die Jouis 31.° Decembris 1716
Mouton primo examine tentatus est
Die mercurij 20.° Januarij 1717
Praly ultimo examine tentatus
est coram Decano et duobus
Doctoribus.
Die Veneris 29.° Januarij 1717
Praly in Chirurgorum Societatem
cooptatus annuente Decano
et duobus Doctoribus.
Die Sabbati 30.° Januarij 1717
Vallet anatomen et opera chirurgica
fecit per hebdomadam
Die Veneris 30.° Aprilis 1717
de Chirurgia interrogatus est
a praepositis chirurgorum in
Xenodochio Parisiensi Renaud
probatisque ejus responsis admissus
est ut Magisterium adipisceretur
in eodem Xenodochio.
Die ~~Lunae 31~~ Sabbati 29.° Maij
1717 Belteste ultimo examine
tentatus est coram Decano et
duobus Doctoribus.
Die Lunae 31. Maij 1717 ultimo
examine tentatus est more solito
Bernard.
Die Sabbati 5.° Junij 1717 chirurgus
creatus est Beltese probante
Decano et duobus Doctoribus.

Die Lunæ 7.° Junij 1717 ultimo examine tentatus est Ganier more solito.

Die Mercurij 9.° Junij 1717 Chirurgus creatus est Bernard probante Decano et duobus Doctoribus.

Die Sabbati 12.° Julij 1717 Guanier in Chirurgorum Societatem cooptatus est coram Decano et duobus Doctoribus.

Die Veneris 25.° Junij 1717 Berard de chirurgia more solito tentatus est.

Die Sabbati 26.° Junij 1717 Vallet ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus doctoribus.

Die Lunæ 28.° Junij 1717 filius dicti de Launay de chirurgia interrogatus est.

Die Mercurij 30.° Junij 1717 Dauant ultimo examine tentatus est præsente Decano et duobus doctoribus.

Die Veneris 2.° Julij 1717 Vallet Magisterium in chirurgia adeptus est probante Decano et duobus Doctoribus.

Die Sabbati 3.° Julij 1717 Hebrard ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus doctoribus.

Die Mercurij 7.° Julij 1717 chirurgus creatus est Dauant

Die Sabbati decimo Julij 1717 Hebrard Magisterium in chirurgia more solito adeptus est.

Die veneris 16. Julij 1717 aggregatus est in Chirurgorum Societatem dictus Tuual probante Decano et duobus Doctoribus.

Die Sabbati 17. Julij 1717 Dumont aggregatus est in Chirurgorum Societatem coram Decano et duobus Doctoribus.

Die Lunæ 19. Julij 1717 Mouton vltimo examine tentatus est more solito.

Die Jouis 22. Julij 1717 Chirurgus renuntiatus est mouton probante Decano et duobus Doctoribus.

Die Lunæ 26. Julij 1717 filius dicti le feure de vniversa Chirurgia interrogatus est.

Die Mercurij 28. Julij 1717 filius dicti de Launay primo examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus.

Die Sabbati 31. Julij 1717 Berard primo examine tentatus est præsente Decano et duobus Doctoribus.

Die Lunæ 9. augusti 1717 fontaine admissus est ad peritiam dentium euellendorum coràm Decano.

Die Mercurij primo septembris 1717 filius dicti le febure primo examine tentatus est more solito.

Die Jouis 9. Septembris 1717 Desjours in Chirurgorum Societatem aggregatus est probante Decano et duobus Doctoribus.

Die Sabbati 28.° Novembris 1716
obstetrix renuntiata est dicta
~~[illegible]~~ Courdot
Die Iouis 24.° Decembris 1716
dicta Chavny
Die Sabbati 9.° Ianuarij 1717
Genouefa ville
Die Veneris 29.° Ianuarij 1717
dicta Mercier
Die Veneris 12.° Martij 1717
dicta La Croix
Die Sabbati 13.° Martij 1717
dicta de pont
Die Lunæ 22.° Martij 1717
dicta Villemain
Die Martis 23.° Martij 1717
dicta le Maine
Die Sabbati 27.° Martij 1717
dicta Verdier
Die Sabbati 15.° Maij 1717
dicta Lauttin
Die Martis Sexto Iulij 1717
dicta Poitou
Die Martis 14.° Septembris 1717
dicta de Touches
Die Mercurij 15.° Septembris 1717
dicta le Moine

Res Gestæ apud pharmacopœos Parisienses

Die Lunæ 3.° mensis Maii 1717
Joannes Baptista Cardon
Rothomagensis Regis pharma
copola aulicus Medicamenta
Speciminis sui inspicienda
facultatis Decano et pharmaciæ
professoribus obtulit in ædibus
Stephani astier; sequentibus
verò diebus specimen suum
confecit, quod probatum est à
Decano et professoribus; die
verò Mercurii sequenti Magisterium
in pharmaciâ adeptus est.
prius interrogatus fuerat
a Decano, professoribus pharmaciæ
et Jacobo Simone Bolduc pharmacopæo
Regio qui huic actui præfuit.

Die Lunæ 26.° Julii 1717
examine et lecturâ tentatus
est henricus Charas Parisinus, solito
more primò a Decano interrogatus,
inde à professoribus pharmaciæ
tandem à pharmacopæis, præses
erat Claudius Pages.

Die Sabbati 23.° octobris 1717
Decanus et professores Medicamenta
Speciminis henrici Charas
exposita inspexerunt, diebusq.
sequentibus Lunæ, Martis et
Mercurii specimen suum confecit
quod probatum est a Decano et
professoribus, tandemque
Magisterium in pharmaciâ
adeptus est.

Decanus unà cum pharmaciæ
professoribus et adjunctis
omnes tam pharmacopœorum
parisiensium quàm seplasiariorum
et aromatariorum officinas
lustravit à die Assumptionis
B. M. Virginis ad ultimam
usque Septembris diem anni 1717

Doyé Decanus

Tabulæ

Accepti ordinarij et extraordinarij

Caput primum
accepti ex
annuo reditu facultatis

A viduâ Pepin pro annuâ locatione
in diem ultimum Septembris anni
1717 cum sex mensibus debitis M.
Joanni Baptistæ Doyer Decanus
accepit summam quingentarum
viginti quinque librarum. . . . . 525.#

A Dicto Gradot pro annuâ locatione
minorum facultatis ædium cadente
in diem ultimum Septembris an. 1717
Decanus accepit summam centum
et nonaginta librarum — — 190#

a Domino Boucot urbanorum prædio
rum quæstore ex tribus annis solidis
debitis et cadentibus in diem ultimum
Septembris anni 1717 vedibus annui
sexentarum et quinquaginta libellarum
accepit Decanus tantum summam
centum et septuaginta supra mille
librarum ob vetentum decimum
denarium unde debetur adhuc
facultati summa sexcentarum
et quinquaginta librarum. Itaque
numerabit Decanus accepti
summam centum et septuaginta
supra mille librarum. . . . . . . 1170.#

ad memoriam

a Quæstore Urbano ex reditu
annuo octoginta octo libellarum
cujus mendes octodecim debentur

Summa huius paginæ est de dix huict cent quatre
vingt cinq livres.

cadentes in diem ultimum Septembris anni 1717 accepit tantum Decanus pro sex ultimis mensibus anni 1716 summam quadraginta quatuor libellarum 44lt

unde debetur adhuc facultati annus integer 1717

[illegible]

Caput Secundum
accepti
a Baccalaureis in Quodlibetariis Quaestionibus pro Stipendiis Lectorum et Registro

a M. Michaële Ludovico Vernage	4lt 10s
a M. Ludovico de Santeuil	4lt 10s
a M. Josepho de la Grive	4lt 10s
a M. Gabriele Anton. Jacques . . .	4lt 10s
a M. Claud. de la Vigne de Frecheville . .	4lt 10s
a M. Ludovico Claud. Bourdelin . . .	4lt 10s
a M. Joan. Francisco Leaulté	4lt 10s
a M. Claudio Brunet	4lt 10s

Caput tertium
accepti
a Baccalaureis in quaestionibus Quodlibetariis pro horto.

a M. Michaële Ludov. Vernage . . .	3lt 4s
a M. Ludovico de Santeul	3lt 4s
a M. Josepho de la Grive	3lt 4s
a M. Gabriele Anton. Jacques	3lt 4s
a M. Claudio de la Vigne de Frecheville . .	3lt 4s
a M. Ludovico Claud. Bourdelin	3lt 4s
a M. Joan. Francisco Leaulté	3lt 4s
a M. Claudio Brunet	3lt 4s

Summa huius paginae est de cent cinq livres douze sols

Caput quartum

accepti

a Baccalaureis in quæstionibus

Quodlibetariis pro

Anatome et Schedulis non

registratis

a M. Michaële Lud. Vernage 16.ℋ

a M. Ludovico de Santeul 16.ℋ

a M. Josepho de la Grive 16.ℋ

a M. Gabriele antonio Jacques 16.ℋ

a M. Claudio de la Vigne de Frecheville . . . 16.ℋ

a M. Ludovico Claud. Bourdelin 16.ℋ

a M. Joan-Francisco Leaulté 16.ℋ

a M. Claudio Brunet . . . .

Caput quintum

accepti

a Baccalaureis in quæstionibus

Cardinalitiis

pro Stipendiis Lectorum

et horto

a M. Gabriele ant. Jacques 10.ℋ

a M. Emmanuele Mauritio Duverney . . . 10.ℋ

a M. Ludovico de Santeul 10.ℋ

a M. Claudio de la Vigne de Frecheville . . . 10.ℋ

a M. Michaële Lud. Vernage 10.ℋ

Præterea a M. Jacobo Philippo Davier de Breuille pro thesi cardinalitia propugnata M. Joan. Bapt. Doye Decano 10.ℋ

Caput Sextum

accepti

a Baccalaureis in quæstionibus

Cardinalitiis

pro rebus academiæ

a M. Gabriële ant. Jacques 18.ℋ

a M. Emmanuele Mauritio Duverney . . 18.ℋ

Summa huius paginæ est deux cent vingt quatre livres.

a M. Ludovico de Santeul . . . . 18.#
a M. Claudio de la Vigne de Frecheville . . . 18.#
a M. Michaële Lud. Vernage . . . . . . 18.#
a M. Jacobo Philippo Daviev . . . . . . 18.#

Caput Septimum
accepti à
Chirurgis Barbitonsoribus

a Chirurgorum Praepositis ex annuo vectigali quinque librarum cum assibus quatuor decim et pro annis superioribus numero tribus debitis accepit Decanus . . . . nihil

a singulis qui hoc anno Chirurgiae magisterium adepti sunt accepit Decanus tres libras cum duodecim assibus et sex denariis; unde pro quatuordecim chirurgis exurgit summa quinquaginta librarum cum quindecim assibus . . . . . 50.# 15s

Caput Octavum
accepti
a Medicinae Studiosis
pro jure inscriptionis,
pro jure praesentiae in
demonstrationibus anatomicis
Chirurgicis administrationibus
et
pro jure Sigilli

a Medicinae Studiosis qui hoc anno nomen dederunt facultati accepit Decanus summam centum nonaginta quatuor librarum cum undecim assibus . . . . 194.# 11s

ab iis qui demonstrationibus anatomicis interfuerunt accepit Decanus . . . . 22.# 10s

Ad memoriam

Summa huius paginae est de trois cens trente neuf livres seize sols -

Pro sigillo quinque testimoniis
apposito accepit Decanus . . . . . 15.#

Caput Nonum
accepti a
Medicinæ Candidatis examinandis
pro
anatomia et Schedulis non
registratis

a M. Joan. francisco Leaulté . . 16.#
a M. Claudio Brunet . . . . . 16.#

Caput Decimum
accepti a
Candidatis admissis ad
Baccalaureatum
pro
jure Bursarum

a M. Joan. francisco Leaulté . . . . 16.#
a M. Claudio Brunet . . . . . . 16.#

Caput Undecimum
accepti ab
iisdem Baccalaureis
pro
Sacello et ornamentis
loco Sacchari

a M. Joan. francisco Leaulté . . . 16.#
a M. Claudio Brunet . . . . . . 16.#

Caput duodecimum
accepti a
Baccalaureis ad Medicinæ
Licentiam admittendis
pro jure Bursarum

a M. Joan. mathæo le Bert . . . . 35.#
a M. Joan. Bapt. fausto alliot . . . . . 35.#
a M. Jacobo Ant. Millet 35
a M. Michaële Peaget 35
a M. Joan. Damiano Chevalier 35

Summa huius paginæ est de deux cens quatre vingt
six livres

Caput Decimum tertium accepti ab iisdem Baccalaureis pro mulctis irrogatis

a M. Joan. Mathæo le Bert	12.#
a M. Joan. Bapt. fausto alliot	12
a M. Jacobo Antonio Millet	12
a M. Michaële Leaget	12
a M. Joan. Damiano Chevalier	12

Caput Decimum quartum accepti ab iisdem Baccalaureis pro jure præsentationis et Sacello

a M. Joan. mathæo le Bert	6.#
a M. Joan. Bapt. fausto alliot	6.#
a M. Jacobo antonio Millet	6.#
a M. Michaële Leaget	6.#
a M. Joan. Damiano Chevalier	6.#

Caput Decimum quintum accepti a Licentiatis in actibus sui Doctoratus.

a M. Nicolao le Tellier	180.#
a M. Joan. Bapt. fausto alliot	180.#

Caput Decimum Sextum accepti ab iisdem Licentiatis in actibus sui Doctoratus, pro Sacello

a M. Nicolao le Tellier — — —	1.# 12s
a M. Joan. Bapt. fausto alliot	1.# 12s

Summa huius paginæ est ~~de~~ quatre cent cinquante
troix livres quatre solz –

Caput Decimum Septimum
accepti
a Licentiatis, nouis Doctoribus
Et
Baccalaureis pro
aulæorum usu

Pro octo quodlibetariis et sex Cardinalitiis disputationibus accepit Decanus summam centum et sexaginta octo librarum quandoquidem pro singulis actibus duodecim libræ numerantur . . . 168.#

In præsentatione et paranympho a Licentiandis accepit Decanus . . . 24.#

Pro duobus vesperiarum actibus . . . . 24.#

Pro duobus Doctoratus actibus . . . 24.#

Caput Decimum octauum
accepti
Ex reliquiis examinis
materiæ Medicæ

Ex unico Examine materiæ Medicæ quod hoc anno celebratum est in Scholis Superioribus propter absentiam quatuor Doctorum relicta est Decano summa triginta librarum . . . . 30.#

Caput Decimum nonum
accepti
ab academiæ Quæstore

a M. Petro Billet Quæstore academiæ pro Medicinæ professorum honorario accepit Decanus summam mille librarum. . . . . 1000.#

Summa huius paginæ est de douze cent soixante et dix livres.

Caput ultimum
accepti extraordinarij

ab eo qui primum
Licentiæ gradum obtinuit

A M. Joan. Mathæo le Berr qui
primum Licentiæ gradum obtinuit
accepit Decanus summam
quingentarum librarum . . . 500.lt

Summa huius paginæ est cinq cent livres

Summa totius accepti octo paginis contenti
est de cinq mil soixante et trois livres
douze sols

Tabulae
Expensi ordinarij et extraordinarij

Caput primum
Expensi

Ex ultimis rationibus redditis à M. Joanne Baptista Doye Exdecano facultas ipsi debebat summam novem mille et quadringentarum quatuor librarum cum septem decim assibus et tribus denariis quam ipsi persoluit Decanus ut patet ex ejus acceptilatione . . . . 9404 ll 17 s 3.

Doctoribus qui praedictas rationes quo die redditae sunt obsignare de causa venerant, sed aliquot post dies obsignaverunt viritim numeravit Decanus decem libras, tribus tantum exceptis quibus persoluit tantum quinque libras unde exurgit summa ducentarum et septuaginta quinque librarum . . . 275 ll

vidi quittancias

Caput Secundum
Expensi
pro stipendiis professorum

M. Ludovico Guillot pathologiae professori Decanus persoluit nonaginta libras . . . . 90 ll

M. Joan. Baptistae Enguehard physiologiae professori . . . . 90 ll

M. Ludovico Gayant chirurgiae professori . . . . 90 ll

M. Henrico Besnier materiae Medicae professori . . . . 90 ll

Summa huius paginae est de dix mil trente neuf livres dix sept sols trois deniers

Caput Tertium
Expensi
pro anatomia et operibus pharmaceuticis

M. Ludovico Guillot persoluit
Decanus pro Anatome 30.ᴴ
Chirurgo cujus operâ usus est . . . 20.ᴴ
Pharmacopœo pro pharmaceuticis
operibus 20.ᴴ
Pro sumptibus anatomes persoluit
Decanus 141.ᴴ 15ˢ
Pro sumptibus operum pharmaciæ
persoluit Decanus 19.ᴴ

Caput quartum
Expensi ordinarii,
pro refusionibus

uidit quittaneis.

M. Guidoni Crescentio Fagon
antiquiori Scholæ Magistro persoluit
Decanus quatuor libras 4.ᴴ
M. Ludovico Guillot pathologiæ
professori 2.ᴴ
M. Joan. Bapt. Enguehard physiologiæ
professori 2.ᴴ
M. Ludovico Gayant chirurgiæ
professori 2.ᴴ
M. Henrico Besnier materiæ
Medicæ professori 2.ᴴ
M. Petro Olenedo pharmaciæ
professorum uni 2.ᴴ
M. Antonio le Moine pharmaciæ
professorum alteri 2.ᴴ

Summa huius paginæ est de deux cent quarante
six livres quinze solz.

M. francisco Goriel academiæ
Censori . . . . 2.#
M. Amando Douté facultatis
Decano . . . . 4.#

Caput quintum
expensi
pro honorario professorum
ex ære academiæ

M. Ludovico Guillot persoluit
Decanus . . . . 200.#
M. Joan. Baptistæ Enguehard . . . . 200.#
M. Ludovico Gayant . . . . 200.#
M. henrico Besnier . . . . 200.#
M. Petro Azevedo . . . . 200.#

Caput sextum
Expensi ordinarij et extraordinarij
pro
Rebus sacris

Pro anniversario M. Guillemi Lusson
persoluit Decanus . . . . 25.#
Pro anniversario M. Michaëlis de
Colonia . . . . 8.#
Pro missis et obitibus celebratis
a die decimo quinto Augusti an. 1716
ad diem 26.m ~~ejus~~ Decembris ejusdem
anni persoluit Decanus . . . . . 60.#
Apparitoribus qui per hæc tempora
ministrauerunt . . . . 10.# 7 ſ. 6 d.
Pro missis et obitibus celebratis
a die secundo Januarij 1717 ad diem
20.m Martij ejusdem anni . . . . 28.# 12 ſ. 6 d.
Apparitoribus qui per hæc tempora
ministrauerunt . . . . 8.#

Summa huius paginæ est de onze cent quarante
six livres -

vües quittances -

Pro missis et obitibus celebratis a die tertio Aprilis 1717 ad diem 26.^m Junij ejusdem anni persolvit Decanus 17.lt

Apparitoribus per haec tempora ministrantibus 5.lt 15s

Pro missis et obitibus celebratis a die decimo quinto Augusti 1717 ad diem 22.^m Decembris ejusdem anni persolvit Decanus 30.lt 7s 6d

Apparitoribus per haec tempora ministrantibus 10.lt 2s 6d

Petro de la Grive pro pane azymo et vino suppeditatis ad celebrationem missarum 6.lt

Eidem pro mundatis Sacelli linteis et aliis rebus ad Sacelli et Scholarum usum suppeditatis 33.lt 15s 6d

Cerario Pelu pro cereis ab ipso suppeditatis 32.lt 5s

Die Divo Lucae Sacro Doctoribus praesentibus persolvit Decanus . . 88.lt 3s 9d

Eodem die pro offertorio distribuit Decanus 1.lt 8s

Aurifabro pro restaurato calice et aliis vasis argenteis Sacelli persolvit Decanus septem libras cum decem assibus, ut fert accepti latio 7.lt 10s

Caput Septimum
expensi
pro rebus academiae

In supplicationibus Academiae ad aedem Deo Sacram sub invocatione

nihil quittancis

Summa huius paginae est de douze cence trente
deux livres sept solz troize deniers –

S.ti Stephani in monte die Lunæ 14.o Decembris 1716 distributa est Summa sexdecim libellarum cum quinque assibus . . . . 16.# 5ſ

In Supplicationibus Academiæ ad ædem Deo Sacram sub jnuocatione SS. Geruasij et Protasij die Veneris 12.o Martij 1717 distributa est Summa . . . . 26.# 11ſ 3d

In Supplicationibus academiæ ad ædem Deo Sacram sub titulo annunciationis S. V. Deiparæ in Regali cœnobio RR. PP. Cœlestinorum die Veneris 16.o Junij 1717 distributa fuit Summa . . . . 26.# 11ſ 3d

In Supplicationibus academiæ ad ædem Deo Sacram sub jnuocatione S.ti Jacobi ab alto passu die Mercurij sexto octobris 1717 distributa est Summa . . . . 17.#

Decano et M. francisco Gouët qui comitati sunt Rectorem, Regi, augustissimo regni Regenti et Magistratibus Cereos deferentem persolutæ sunt pro more . . . . 18.#

Decano qui comitatus est Rectorem gratulaturum Illustrissimo Galliarum Cancellario ob nuper sibi collatam dignitatem persolutum fuit honorarium . . . . . . 10.#

vid. quittancia.

Caput octauum
expensi
pro facultatis ædibus

Quæstori Tributi decimi denarij pro sex vltimis mensibus an. 1716 et anno integro 1717 persoluit Decanus octoginta nouem libras

Summa huius paginae octo vingt quatorze livres sept sols six deniers.

cum sex assibus ut patet ex triplici acceptilatione . . . . 89.# 6s

Majori apparitori Petro la Guiue pro mundato per annum Scholarum circuitu . . . . 10.#

Dicto Malouin fabro lignario persolvit undecim libras cum decem assibus ut fert acceptilatio . . . . 11.# 10s

Dicto Baudan fabro lignario pro variis operibus in Scholis inferioribus octo ~~decim~~ libras cum decem assibus, ut fert duplex ipsius acceptilatio . . . . 8.# 10s

Dicto Lamy ~~Cæmentario~~ propter varias reparationes quæ patent ex prœscriptione duodecim libras cum decem assibus ut patet ex acceptilatione . . . . 12.# 10s

Dicto Beaulieu Vitriario pro mundatis Scholarum et Sacelli vitreis cancellis persolvit Decanus ut fert acceptilatio summam . . . . 24.#

viliis quittaneiis

Caput Nonum
expensi ordinarij et extraordinarij pro rebus facultatis

Domino Berroyer in Senatu patrono pro honorario concilij dati in lite mota inter facultatem et Chirurgorum Societatem persolvit Decanus . . . . . . 20.#

Summa huius paginæ est de cent soixante et quinze livres seize sols.

7

Dicto Duval apparitori Castelleti pro denunciato chirurgis instrumento nomine facultatis in lite supradicta persolvit Decanus, ut patet ex acceptilatione . . . . 5.#

Pro annua pensione viduae M. Mathaei Dionisij fournier quae cecidit in Calendas Januarij 1718 persolvit Decanus centum et quinquaginta libras, ut patet ex duplici acceptilatione . . . . 150.#

Pro tributo in duorum bidellorum capita impetito per annum 1717 persolvit Decanus . . . . 19.# 16 s

iilis quittaneis

Aulaeorum textori persolvit Decanus sexaginta tres libras ut fert acceptilatio . . . . 63.#

Dicto Langlois qui annuum facultatis proventum ab urbis quaestore accepit, persolvit Decanus . . . . 15.#

Petro la Grive pro papyro, calamis et atramento per annum suppeditatis persolvit Decanus . . . . 15.#

Dicto la Grive pro variis statutorum libris concinnatis aluta persolvit Decanus vingenti octo libras cum duobus assibus, ut fert acceptilatio . . . . 28.# 2 s

Summa huius paginae est douze cent quatre vingt quinze livres dix huit solz.

Dicto la Grive pro variis rebus
ab ipso per annum suppeditatis
persolvit Decanus . . . . 31.# 9 s 6 d

Janitoribus DD. Cancellarii,
Senatus principis, et urbanæ
politiæ pro praetoris, unicuique
quinque libras persolvit
Decanus unde exurgit summa
quindecim libellarum . . . . . . 15.#

visis quittanciis.

Pro variis sumptibus factis
ab antiquioribus Decanis ut
eorum accepti ratione persolvit
Decanus centum nonaginta
quinque libras cum tribus
assibus . . . . 195.# 3 s

Pro caduceariis impensis
numerantur pro more . . . 60.#

Majori apparitori pro variis
laboribus ab eo susceptis . . . 50

Minori apparitori pro iisdem
laboribus 25

Summa huius paginae est de trois cent soixante
et seize livres douze sols six deniers.

Summa totius expensi octo parti[illegible] paginae
contenti est de douze mil six cent vingt
sept livres ~~treize~~ sols six deniers.

Summa totius accepti est de cinq mil
soixante et trois livres douze sols
igitur summa totius expensi superat
summam totius accepti de sept mil
cinq cent soixante et quatre livres
[illegible] sol six deniers.

facultas gratis [illegible] habet rationes
tam accepti quam expensi more a domino
Decano redditas et quo debuit solitum
honorarium et ob [illegible] facultatis ab eo tam
[illegible] ac [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible]

respondendae ... ei gratis conclusit, atque
etiam unicuique doctori praesenti et cancellario
sigillatim concedendum esse nummum argenteum
sexaginta continentem assibus et unicuique bedello
quindecim unicuique doctori et sic conclusit — Doublé
Decanus

Guerin Gayant cordelle
Areaux buette
affoorty Guzart maillard Emmerez
Dancalt Doye Leaulté
Ephiul
Caron Marnia Littre Mattot
pro domino Defarcy
etiam procuratore
pro me et pro dominis Lemery et helvetius
Collot Chomel Thuillier Andry Gelly
Tattre DeBordegaraye finot Hemmune
Fourneau Geoffroy Azevedo quillet
Pepin pro me et pro Dno Le Dran fontaine pezhard
Hermellonif vergne Dacerf
Ruscard Lefrançois pro me et D. pousse Mongin
Courier Baron
Delahire Martinenq Adam
Imbert
Bertrand De Jussieu Bernier
Col de vilars Lepry
Geot Delaleu
Lemaire
Renard Dafforty
Vailly Letellier
Leaulté
Alliot peaget Geniers
Bourdelin
vernage pro me et pro patre
Sicobé De Berthe

Commentarius alter

Rerum in facultate Medicinæ Parisiensi gestarum,

M. Amando Douté Parisino
Regi à Sanctioribus Consiliis
Serenissimæ Biturigum Ducissæ
archiatro,
Iterum Decano.

à die Sextô Novembris anni
millesimi Septingentesimi
Decimi Septimi,
ad Diem quintum Novembris
anni millesimi Septingentesimi
Decimi octavi.

Die Sabbati Sextô Novembris anni 1717. convocatis in Scholas Superiores Doctoribus, horâ decimâ matutinâ post Sacrum, Decanum et professores Electuris, M. Amandus Douté Decanus annuæ administrationis rationem reddidit, deinde professores de professorio munere Sibi commisso facultati gratias egerunt. tum facultas Decani munus ad annum prorogavit M. Amando Douté, Sorte posteà ducti sunt Electores professorum

Ex majori ordine

M. Philippus Caron
M. Nicolaus Andry
M. Jacob. Simon Gilles de la Riviere

Ex minori ordine

M. Joan. Baptista Mongin.
M. franciscus Bailly

hi præstitô apud Decanum solitô Sacramentô, habitâque inter se deliberatione, appellauerunt in professorem Scholarum

Ex majori ordine

M. claudium dufresne

Ex minori ordine

M. claudium Vergne
M. Joannem franciscum Giot

In professorem Chirurgiæ

ex majori ordine

M. franciscum Vernage

ex minori ordine

M. Michaëlem Ludou. Reneaume de la garenne
M. claudium du Cerf

In professorem materiæ Medicæ

ex majori ordine

M. Ludouicum Lemery

ex minori ordine

M. Joannem Depiney Poschard
M. Ægidium Adam

In professorem Pharmaciæ

ex majori ordine

M. franciscum afforty
M. franciscum Maillard

ex minori ordine

M. franciscum Coutier

Quorum omnium Nominibus in
Urnam sigillatim conjectis, sorte
ducti sunt professor Scholarum
M. Claudius du fresne; professor
Chirurgiæ M. Michaël Ludovicus
Reneaume de la Garanne; professor
Materiæ Medicæ M. Joannes
Despiney Peschard; professor
Pharmaciæ M. Joannes franciscus
Coutier, quiquidem solito se sacramento
obstrinxerunt.

Sequuntur
Nomina et Cognomina
Doctorum Medicorum
actu regentium
in
Saluberrimâ facultate Parisiensi
anno R. S. H. millesimo
septingentesimo decimo
septimo.

M. Guido Crescentius fagon Regi à
Sanctioribus Consiliis, Ludovici
decimi quarti dum viveret archiater,
horti regij Parisiensis supremus
moderator, Regiæ Scientiarum
academiæ socius honorarius,
et antiquior Scholæ magister.
M. Matthæus Thuillier
M. Claudius Guerin
M. Dominicus de farcy
M. Ludovicus Gayant Medicus
Regis ordinarius veteranus.
M. Joannes Robert
M. Joannes Cordelle
M. Germanus Preaux professor Regius
M. franciscus afforty

M. Ludovicus Poirier Regi à
Sanctioribus Consiliis et archiatrorum
comes
M. Petrus Paulus Guyart Regij
mutilatorum Nosocomij Medicus
ordinarius.
M. franciscus Maillard
M. Guido Erasmus Emmerich
M. Joannes Boudin Regi à
Sanctioribus Consiliis, Serenissimorum
Delphini et Delphinæ dum viverent
Medicus primarius, necnon Regis
perpetuo ordinarius.
M. Bertinus Simon Dieuxivoye
M. Joannes Daval
M. franciscus Picotté de Belestre
M. Urbanus Leaulté
M. Joan-Baptista Doye
M. franciscus Gouël Academiæ Censor
M. amandus Douté Regi à
Consiliis, Serenissimæ Bituricum
Ducissæ archiater, facultatis
Decanus.
M. Philippus Douté
M. Joannes Baptista Dodart Regi
a Sanctioribus Consiliis, Serenissimi
Delphini, dum viveret, Medicus
Primarius
M. franciscus Vernage
M. Petrus Marais
M. Ludovicus de Vaux
M. Petrus Joan. Burette Regiæ
numismatum academiæ Socius
professor Regius et librorum
censor
M. alexius Littre R. S. a. Socius
M. alexander Petrus Mattot

M. Claudius Burlet Regis hispaniarum olim Archiater
M. Joannes Gely
M. Philippus Caron
M. Armandus Josephus Collot
M. Andræas Orcflé
M. Joan. Bapt. Chomel Medicus Regis ordinarius
M. Philippus Hecquet
M. Claudius dufresne
M. Nicolaus Andry professor Regius et librorum Censor.
M. Carolus Thuillier
M. Petrus le Tonnelier
M. Ludovicus Lemery R. S. A. Socius.
M. Jacobus Simon Gilles de la Riviere
M. Philippus Bernardus de Bordegarage
M. Raymundus Jacob. finot
M. Michaël Lud. Reneaume de la Garanne Regiæ Scientiarum Academiæ Socius
M. Jacobus fourneau
M. franciscus Aignan
M. Stephanus francisc. Geoffroy Regiæ Societ. Londi. et R. Scient. academiæ Socius, professor Regius et in horto Regio Chymiæ professor
M. Joannes Herment Medicus Regis ordinarius
M. Petrus Afevedo pharmaciæ professor
M. Antonius Pepin
M. Philippus fontaine
M. Joannes Depiney Peschard
M. Joannes Bapt. fermelhuis in Regia artium academia socius honorarius

M. Ludovicus Guillot
M. Claudius Vergne
M. Joan. Bapt. Enguehard Scholarum professor
M. Claudius du Cerf
M. Saluator Chuscard
M. claud. And. helvetius Medicus Regis ordinarius
M. michaël Procope Couteaux
M. alexander le François
M. Joan. Bapt. Mongin Med. Regis ord.
M. Joan. francisc. Coubier pharmaciæ professor
M. antonius Geoffroy
M. Nicolaus de la hire è Regiâ Scientiarum academia
M. hyacinthus Theodorus Baron
M. Camillus falconnet Regiæ utriusque aulæ Equestris Med.
M. Ægidius Adam
M. Thomas Bernardus Bertrand
M. franciscus Poulse Scholarum professor
M. Joan. henricus Imbert è Regiâ Scientiarum academia
M. Joan. Bapt. Martinencq chirurgiæ professor
M. Joan. Bapt. Silua
M. antonius de Jussieu R. S. A. Socius in horto Regio Botanicus professor
M. Joannes Belle
M. henricus Besnier
M. Elias Col de Villars
M. Petrus Ant. Lepy

M. Antonius le Moine pharmaciæ professor
M. Franciscus Antonius Le Dran
M. Joan-Franciscus Giot.
M. Andræas de Ladeu
M. Franciscus Bailly
M. Claud. Ant. Renard
M. Petrus Afforty rei Medicæ professor
M. Nicolaus le Tellier actus præses
Quæ nomina et cognomina publicè recitata a bidello ante quodlibeta in primâ quodlibetariâ die Jovis 18.° novembris 1717

Quæstiones Quodlibetariæ

(Die Jovis 18.° Novembris 1717 de quodlibetariâ quæstione disputavit extra ordinem M. Nicolaus le Tellier respondente Baccalaureo Claudio Brunet Lugdunæo; hæc fuit quæstio affirmativè conclusa
An Rheumatismi affectibus Diaphoretica?

(Die Jovis nonô Decembris 1717 disputavit extra ordinem de quodlibetariâ quæstione M. Joan. Bapt. Faustus Alliot de Mussay respondente Baccalaureo Joan. Francisco Leaulté Parisino; hæc erat quæstio affirmativè conclusa
An morbus antiquus Syphilis?

Die Jouis 23.° Decembris anni 1717.
disputavit de quodlibetariâ quæstione
extra ordinem M. Jacobus
Benignus Winslow Regiæ
scientiarum academiæ socius,
Respondente baccalaureo Josepho
de la Grine Sedanæo et erat
quæstio talis affirmativè
conclusa

an ex anatome subtiliori
ars medica certior?

Die Jovis 30.° Decembris 1717.
disputavit de quodlibetariâ
quæstione in ordine suo M.
Guido Erasmus Emmerez
respondente Ludovico de
Santeul Parisin: baccalaureo;
hæc fuit quæstio affirmativè
conclusa

An præstantior Medicus
qui in præscribendis remediis
parcior?

Die Jovis 13.° januarij anni 1718.
de quodlibetariâ quæstione
disputavit in ordine suo M.
Franciscus Maillard respondente
Gabriele Antonio Jacques
Parisino baccalaureo; hæc
fuit quæstio affirmativè
conclusa

An mulieres pluribus
obnoxiæ morbis quam viri?

Die Jovis 27.° Januarij 1718.
de quodlibetaria quæstione
disputavit in ordine suo

M. Petrus Paulus Guyart
respondente Ludovico Claudio
Bourdelin Parisino Baccalaureo
hæc fuit quæstio affirmativè
conclusa
An ablactatis purgatio
frequens?

Die Jovis decimo februarij
anni 1718, de quodlibetariâ
quæstione disputavit in ordine
suo M. franciscus Affordy
Respondente Claudio de la Vigne
de frechevillle parisino
baccalaureo; hæc fuit quæstio
affirmativè conclusa
An in homine amarum,
salsum, acidum, dulce
quibus valet et ægrotat?

Die Martis 22.° feb. an. 1718
de quodlibetariâ quæstione
disputavit in ordine suo M.
Joannes Boudin Regi à Sanctioribus
Consiliis, SS. Delphini et Delphinæ,
dum viverent Medicus Primarius,
necnon Regis perpetuo ordinarius
Respondente Emmanuele
Mauritio Duverney Parisino
baccalaureo; hæc erat quæstio
affirmativè conclusa
estne pectoris hydrops
arte Medicâ sanabilis?

Die Martis secundô Martij
anni 1718 de quodlibetariâ
quæstione disputavit extra
ordinem M. Michaël Peaget

Respondente Michaële Ludovico
Vernage Parisino baccalaureo;
hæc autem erat quæstio affirmativè
conclusa

An arthritici morbis acutis
minus obnoxij?

Quæstiones Cardinalitiæ

Die Jovis decimô Martij 1718
de quæstione cardinalitiâ
respondit Joannes franciscus
Leaulté Parisinus præside
M. claudio Vergne; hæc fuit
quæstio negativè conclusa

An salubris à labore
sudor?

Die 17.° Martij 1718 respondit
de quæstione cardinalitia
Claudius Brunet Lugdunæus
præside M. ~~[illegible]~~ Ludovico
Guillot; hæc erat quæstio
affirmativè conclusa

An Lactentes pultiphagos
Lumbrici citiùs, seriùs
exerceant variolæ?

Die Jovis 24.° Martij 1718
de quæstione cardinalitiâ
respondit Josephus de la
Grive Sedanæus, præside
M. Joan. Bapt. fermelhuis
et hæc erat quæstio negativè
conclusa

An potu caffé frequentior
apoplexia?

Die Jovis 31 Martij 1718 de
quæstione Cardinalitia respondit
Ludovicus Claudius Bourdelin
Parisinus, præside M. Joanne
Reschard, hæc erat quæstio
affirmative conclusa

an sit Vrbis et agri
parisiensis aër saluberrimus?

Vesperiæ et Doctoratus

Die mercurij 16.° februarij
anni 1718 celebratus est actus
vesperiarum M. Michaëlis
Peaget Licentiati præside
M. Claudio Joan. Bapt. Dodart
qui hanc quæstionem vtrinque
agitatam Poullain medicinæ
candidato proposuit dissoluendam

an nauseante ventriculo
à primo febris insultu vomitus
prouocandus?

Illam M. Joan. Depiney Reschard
M. Philippi Douté vices gerens
Licentiato proposuit discutiendam

an nauseante ventriculo
à primo febris insultu
vena secanda?

Die Lunæ 21.° feb. an. 1718
M. Claudius Joan. Bapt. Dodart
M. Michaëlis Peaget capiti
pileum Doctoratus imposuit

nouus Doctor hanc quæstionem
M. antonio de Jussieu proposuit
an lochiis subsistentibus
saphænæ sectio?
Illam præses M. Joanni Depiney
Peschard M. Philippi Douté
vicario discutiendam proposuit
an Lochiis subsistentibus
purgatio?
Die mercurij 23.° feb. 1718
celebratus est actus vesperiarum
M. Joan. Matthæi le Bert
Licentiati, præside M. amando
Douté facultatis Decano, qui
hanc quæstionem in vtramque
partem agitatam Ludouico des
Santeul candidati vices gerenti
proposuit discutiendam
an hydropicis affectibus
purgantia!
Illam M. Joan. Depiney Peschard
M. francisci Gouet vices gerens
Licentiato proposuit dissoluendam
an hydropicis affectibus
diuretica
Die Lunæ 28.° feb. 1718 M.
amandus Douté M. Joan.
Matthæi le Bert capiti pileum
Doctoratus imposuit. Nouus
Doctor M. francisco Poulle
pro M. Joan. Belle hanc quæstionem
proposuit

an arthriticis affectibus
Narcotica?

Illam præses M. Ioan. Depiney
Dochard pro M. francisco
Gouil proposuit
an arthricis affectibus
Diaphoretica?

Die Mercurij 3.° augusti 1718
Celebratus est actus vesperiarum
M. Jacobi Ant. Millet præside
M. francisco Vernage qui hanc
quæstionem utrinque agitatam
dicto Poullain Medicinæ Candidato
proposuit dissolvendam.
an sanguis multum confert
ad sapientiam

Illam M. antonius Pepin pro
M. claudio Joan. Bapt. Dodart
Licentiato proposuit discutiendam
an sanitas nullis est
obligata legibus?

Die Veneris 5.° augusti 1718
M. franciscus Vernage M. Jacobi
antonij Millet capiti pileum
Doctoratus imposuit. Novus
Doctor M. Andreæ de La Lue
M. henrici Besnier vices gerentis
proposuit
an plus potest in morbis
acutis natura quam ars?

Illam Præses M. Antonio Pepin
M. Claudij Joan. Bapt. Dodart
vicario proposuit

an plus potest in morbis
Longis Diæta quam
medicamentum?

Die Mercurij 12.° octobris 1718
celebratus est in Scholis actus
Vesperiarum M. Joannis francisci
Leaulté licentiati præside M.
Urbano Leaulté M. Petri Marais
vices gerente qui hanc quæstionem
in utramque partem agitatam
Medicinæ Candidato Licentiati
fratri discutiendam proposuit

an Magnates Plebeis
facilius ægrotant?

Illam M. Philippus Bernardus
de Bordegaraye pro M. francisco
Vernage dissoluendam Licentiato
proposuit

An Magnates Plebeis
difficilius curantur?

Die Jouis 13.° octobris 1718
celebratus est actus Vesperiarum
M. Michaëlis Ludouici Vernage
Parisini Licentiati præside
M. Antonio Pepin pro M. Joanne
Petro Burette qui hanc quæstionem
in utramque partem agitatam
Medicinæ Candidato dicto Emmerek
proposuit

An Nutritio Secretionis Species?

Illam M. Claudius Vergne in eum M. Urbani Leaulté Licentiato discutiendam proposuit

An Nutritio tritura effectus?

Die Veneris 14.o octobris 1718 celebratae sunt Vesperiae M. Ludovici Claudij Bourdelin licentiati praeside M. Ludovico Guillot M. alexij Littre vicario qui hanc quaestionem utrinque agitatam, Medicinae Candidato dicto Tranth proposuit dissolvendam

An ad Sanitatem tuendam Labor?

Illam M. antonius Pepin vices gerens M. Petri Joannis Burette Licentiato proposuit discutiendam

An ad Sanitatem tuendam Balneum?

Die Lunae 17.o octobris 1718 M. Urbanus Leaulté M. Petri Marais vices gerens M. Joan. francisci Leaulté capiti pileum doctoralem imposuit. Novus Doctor hanc quaestionem M. Eliae Col de Villars proposuit

An praecavendis morbis articulorum saltus?

Illam praeses M. Philippo Bernardo de Bordegaraye M. francisci Vernage Vicario proposuit

An praecauendis morbis pectoris Cantus?

Die Jouis 20.° octobris 1718 Doctor renuntiatus est M. Michaël Ludouicus Vernage praeside M. antonio Pepin in locum M. Petri Joan. Burette nouus Doctor hanc quaestionem M. Petro Antonio Lepy proposuit

Possuntne in secunda valetudine aduersae praesidia consumi?

Illam Praeses M. Claudio Vergne M. Vrbani Leaulté Vicario proposuit

Possuntne morbi eâdem quâ oppugnantur arte praecaueri?

Die Veneris 21.° octobris 1718 M. Ludouicus Claudius Bourdelin Lauream Doctoralem accepit à M. Ludouico Guillot M. alexij Littre vices gerente; nouus Doctor hanc quaestionem M. antonio le Moine proposuit

An Chlorosi Venae sectio?

Illam praeses M. antonio Pepin M. Petri Joan. Burette Vicario proposuit.

an chlorosi chalybeata?

Die Sabbati 22.° octobris 1718
celebratus est actus vesperiarum
M. Emmanuelis Mauritij Duverney
praeside M. claudio Vergne
M. alexandri Petri Mattot
vices gerente qui hanc quaestionem
utrinque agitatam dicto
Emmerct Baccalaureo proposuit
dissoluendam
an terminus secretionum
transpiratio?
Illam M. Ludovicus Guillot
pro M. alexio Littre licentiato
proposuit discutiendam
an terminus salubris
laboris sudor?
Die Martis 25.° octobris 1718
M. Emmanuel Mauritius
Duverney pileum Doctoralem
accepit a M. claudio Vergne
M. alexandri Petri Mattot
vices gerente: nouus Doctor
M. Ioanni Bapt. Thomae Martineng
pro M. francisco antonio le Dran
proposuit
an febris morbi remedium?
Illam praeses M. Ludovico Guillot
pro M. alexio Littre proposuit
an febris tollenda remediis?
Die Iouis 27.° octobris 1718
celebratae sunt vesperiae M.
claudij Bruret Licentiati

præside M. antonio Pepin
pro M. Joanne Gely qui hanc
quæstionem utrinque agitatam
dicto Emmerez baccalaureo
proposuit discutiendam
Daturne circularis
motus Bilis?

Illam M. claudius Vergne
M. alexandri Petri Mattot
vicarius Licentiato proposuit
discutiendam
Daturne circularis motus
Succi nervei?

Die Lunæ 31.° octobris 1718
pileum Doctoralem a M. antonio
Pepin in locum M. Joannis Gely
accepit M. claudius Brunet, salvo jure
M. Lud. de Santeul + qui hanc quæstionem M. Joanni
francisco Giot proposuit
An opij virtus Narcotica
a sale volatili?

Illam præses M. claudio Vergne
M. alexandri Petri Mattot
vices gerenti proposuit
An opij virtus Narcotica
à parte resinosa?

Quæstiones antiquo(d)libetariæ vulgo Pastillariæ dictæ

(Die mercurij decimâ septimâ Novembris an. 1717 de quæstione Pastillaria disputavit M. Nicolaus le Tellier. hæ fuerunt duæ quæstiones in utramque partem agitatæ.

an sanitati tuendæ? { Exercitatio / quies

Primam M. Nicolaus le Tellier præses Baccalaureo Claudio Brunet, alteram M. Joannes Depiney Deschart vices gerens M. francisci Gouel M. Andreæ de Salleu, M. Joannis Baptistæ Thomæ Martinenq vices gerenti, soluendam proposuit.

Die martis 7.a Decembris 1717 celebrata fuit Pastillaria M. Joannis Baptistæ fausti Alliot de Mulay, qui Joanni francisco Leaulté Baccalaureo loco Candidati proposuit

An Syphilidis certior curatio hydrargyro?

Alteram hanc M. Antonius Pepin, in locum M. Philippi Douté Magistro Andreæ de Salleu, M. Joannis Baptistæ Silua vices gerenti, proposuit

An Syphilidis certior curatio Sudorificis?

(Die Mercurij 22.a Decembris 1717 fuit Pastillaria M. Jacobi Benigni Winslouu, in quâ fuerunt agitatæ in utramque partem hæ duæ quæstiones

an medenti utilis? { anatomia / Chimia

Quarum priorem Præses M.
Josepho de la Grive Baccalaureo
loco Candidati, solvendam proposuit,
posteriorem M. Antonius Pepin,
in locum M. Joannis Gely M.
Andreæ de Lalleu, M. Jacobi
Simonis Gilles de la Riviere vices
gerenti, proposuit discutiendam.
Die Lunæ 28.a februarij 1718
celebratus est actus Pastillariæ
M. Michaëlis Peaget, in quo è duabus
quæstionibus in utramque partem
agitatis, quæ sic se habebant.
An Arthritidi præcavendæ { Diæta / Pharmacia
Unam Præses Candidato dicto
Poulain, alteram M. Joannes Depiney
Peschard, in locum M. Joannis
Baptistæ Dodart, solvendam proposuit
M. Antonio de Jussieu.

Orationes publicæ

Die Dominica 21.a novembris 1717
M. franciscus Poulle Scholarum
in Phisiologia professor, ut
alacrius securiusque stadium
ementirentur Philiatri, medicinam
certis suffultam esse principiis
oratione publicâ et eleganti
declaravit.

Exercitationes Anatomicæ
et Chirurgicæ

Die Mercurij 2.a Martij 1718
M. Joannes Baptista Enguehard
Scholarum in Pathologiâ professor
de corporis humani partium
structurâ, usu, contentu morbisque

quibus obnoxium est disserere incepit et diebus sequentibus prosecutus est, has secavit in virili cadavere Joannes Ludovicus Petit Chirurgus Parisiensis.

Opera Galenico-Chimica

(Die Mercurii 2a Junii 1717 et sequentibus M. Petrus Alcuedo Pharmaciæ professor, præcipuas utriusque pharmaciæ compositiones explanavit, operis laborem sustinente Raymundo Villebrun pharmacopæo Parisiensi.

Obitus Doctorum

Die Veneris 11a Martij 1718 supremum diem obiit M. Guido Crescentius Fagon antiquior Scholæ Magister, Regi à sanctioribus consiliis, archiatrorum Comes et Ludovici Magni, dum viveret, Medicus Primarius, Regiæ Scientiarum academiæ Socius honorarius, necnon supremus horti Regij Moderator: Vir quidem immortalitate dignus, et in facultatem beneficentissimus; omni laude major, virtute, scientiâ et probitate nemini parandus; cujus corpus postridie sepultum est in æde Deo sacrâ sub invocatione S.ti Medardi. Sacrum pro eo celebratum est in Scholarum sacello die Sabbathi 26.a ejusdem mensis.

(Die Mercurii 30a Martij 1718. fato functus est M. Ludovicus Poirier antiquus facultatis Decanus, Regi Ludovico decimo quinto à sanctioribus

consiliis, archiatrorum Comes, et
Supremus horti Regij Moderator,
quem heu præpropere nimis
ereptum luget Schola nostra: cujus
corpus postridie Sepultum est
in æde Deo Sacra Sub jnuocatione
S.ti Eustochij; ipsius manibus
parentatum est in Scholarum
Sacello die Sabbati nonâ aprilis.

Die Jouis 14.a aprilis 1718 excessit
è vitâ M. Ludouicus de Vaux vir
quidem probus et candidus; hujus
corpus postridie humi mandatum
est in Ecclesiâ Parochiali SS.
Geruasij et Protasij: Sacrum
verò pro ipsius animâ celebratum
est in Scholarum Sacello die
Sabbati 23.a ejusdem mensis.

Die Mercurij 27.a aprilis 1718
fato functus est M. Claudius
du fresne doctrinâ et probitate
conspicuus; cujus corpus sepultum
est die Jouis Sequenti in æde Deo
Sacra Sub jnuocatione S.ti Seuerini.
Sacrum verò peractum in Scholarum
Sacello die Sabbati 7.a Maij.

~~Comitia facultatis~~

~~Die Sabbati 13.a Nouembris 1717~~
~~horâ decimâ matutinâ post Sacrum~~
~~Conuocatis, ut moris est, per Schedulam~~
~~in Scholas superiores Doctoribus~~

Die Sabbati 25.a Junij 1718 M. Joannes
Robert Parisinus, Presbyter et Pastor
Beatæ Mariæ D'Egry obiit et in eâdem
Ecclesiâ Sepultus est die Sequenti,

Sacrum verò celebratum fuit in
Scholarum Sacello die Sabbati
Die Martis 26.° Julij 1718 M.
Joannes Baptista Enguehard
Constantiensis Scholarum professor
fato functus est vivi et pro ipsius
anima parentatum in Scholarum
Sacello die Sabbati.

Comitia facultatis

Die Sabbati 13.a mensis Novembris
1717 horâ decimâ matutinâ post
Sacrum, convocatis, ut moris est
per Schedulam in Scholas superiores,
Doctoribus Supplex accessit M.
Jacobus Benignus Winslow,
postulabat autem vellet ut facultas
eum actui Quodlibetariæ extra ordinem
pro Regentia præesse solutis solvendis,
cujus supplicationi non tantum
annuit facultas, sed etiam pecuniam
ab ipso tam pro Licentiis et Doctoratu
debitam quam pro Regentia oblatam,
Religionis, pietatis, et summæ in
rebus anatomicis peritiæ habitâ
gratiâ, gratis et ultrò remisit,
eumque suorum Emolumentorum
participem in posterum fieri voluit.
Die Sabbati 18.° Decembris 1717
convocata fuit facultas M. franciscum
Vernage de Cursis a facultate M.
Jacobo Benigno Winslow remissis, dictorum,
necnon Epistolarum ab Illustrissimo
archiatrorum Comite et a Primario
Regis Chirurgo ad Decanum scriptarum
lectionem auditura, de iis et de aliis

rebus ad facultatem pertinentibus deliberatura; postquam M. Franciscus Vernage verba fecisset de fidei jussione a M. Benigno Winslow datâ pro burlis Licentiarum et Doctoratus, quas ultimâ conuocatione ei remittendas esse decreuerat facultas, censuit iterum standum esse superiori decreto, instrumentumque, quô se dictus M. Winslow facultati obligauerat esse ei restituendum.
Quod spectabat ad Epistolas Decano scriptas, Quæ ab Illustrissimo archiatrorum Comite missa fuerat agebat de postulatione Domini Chirac serenissimi Aurelianensium Ducis et Regni Regentis Medici Primarij vellet ut facultas Eum in ordinem suum cooptare, Re in deliberationem missâ, censuit facultas tres ex majori ordine, totidem è minori nominandos esse Doctores, qui unà cum Decano de cooptandi modo postquam inter se deliberassent ad facultatem referre tenerentur. sed propter difficultates hinc et inde ortas res infecta remansit.
alterâ verò à Primario Regis chirurgo scriptâ proponebatur ut lis inter facultatem et Chirurgorum societatem nata pro juramento ab iis postridie Diui Lucæ quotannis præstando tota ad arbitrium Patronorum componeretur, quod facultati mini minime placeret, censuit cum iis

summo jure esse agendum

Die Sabbati 29.ª Januarij 1718
comitiis de more habitis horâ
decimâ matutinâ post sacrum,
sorte ducti sunt Electores Examinatorum
de majori ordine M. franciscus afforty,
M. Philippus Caron, M. Jacobus
simon Gilles de la Riviere.
De minori verò M. antonius Pepin
M. Joannes franciscus Giot
qui praestito solito jure jurando
in Candidatorum ~~[illegible]~~ Examinatores
elegere De majori ordine
M. franciscum Vernage
M. Urbanum Leaulté
M. Raymundum Jacob finot
De minori ordine
M. Joannem Nicolaum de la hire
M. aegidium adam
M. franciscum Bailly
Quorum nominibus in urnam
conjectis sorte ducti sunt
De majori
M. franciscus Vernage
M. Raymundus Jacob finot
De minori
M. Joannes Nicolaus de la hire
M. aegidius adam.
Die Sabbati 26.ª Martij 1718
horâ decimâ matutinâ convocatis
Doctoribus Candidatorum supplicationem
auditaris, nulli supplices accessere
candidati.

Die Sabbati 9.° aprilis 1718 horâ decimâ Matutinâ post Sacrum Supplices accessere Baccalaurei Emeriti, vellet ut facultas eos manumittere et ad examen de praxi admittere, quorum Supplicationi facultas annuit, eâ tamen conditione, ut propter novorum Baccalaureorum penuriam, Singulis diebus Sabbati in Scholis adessent, et in aliis occasionibus donec novi admitterentur Baccalaurei.

Iisdem in Comitiis statutum fuit Rationes Prioris anni nostri Decanatûs reddendas esse juxta Decretum latum M. francisco Afforty Decano, adeóque nominati fuere Examinatores M. Joannes Baptista Doye Exdecanus.

M. franciscus Afforty
M. franciscus Maillard
M. Claudius du fresne
M. Urbanus Leaulté
M. Petrus Afecedo
M. Joan. Baptista Thomas Martineng
M. Joannes franciscus Giot

Die Sabbati 7.° Maij 1718 horâ decimâ matutinâ post Sacrum Convocatis in Scholas Superiores Doctoribus, Stadij Medici professorem in locum M. Claudij du fresne nuper fato functi Electuris; iidem qui in priori Electione Doctores præter M. Jacobum Simonem Gilles de la Riviere in cujus locum Suffectus fuit M. Guido Erasmus Emmerez, eosdem in Scholarum professorem appellavere Doctores quorum nomina in urnam

conjecta fuerant, cum M. Claudio
du fresne, scilicet M. Claudium
Vergne et M. Joan. franciscum
Giot, et in locum super fato functi
sufficere M. Alexandrum Petrum
Mattot, quorum nominibus in
urnam conjectis sorte duobus est
M. Joan. franciscus Giot.

Die Lunæ 1° Augusti et sequentibus
ejusdem hebdomadæ diebus
Emeriti Baccalaurei de praxi
Medica examine publico tentati
sunt ab horâ post meridiem
tertiâ ad sextam.

Die Sabbati sexto Augusti horâ
decimâ matutinâ post sacrum
probata per scrutinium fuere
responsa Baccalaureorum
Emeritorum de praxi Medicâ
publice tentatorum.

Præterea Jus Rotuli iis tantum
Doctoribus concessum fuit qui
per majorem partem actibus
interfuerant.

Decretum quoque fuit bursas
Licentiarum in posterum coram
facultate palam et publicè
esse dividendas, idque triplici
convocatione confirmatum
a Decanis deinceps esse religiosè
servandum.

Quod ad Jubilæum et Licentiarum
tempus spectat, decrevit facultas

Statuta a quibusdam annis neglecta in integrum esse restituenda et observanda, proindeque teneretur Decanus Decretum mox a facultate latum typis mandare et scholarum valvis affigere, ubi Senatûs authoritate confirmatum erit, ut vim legis habeat. Quod Decretum his verbis conceptum hîc annotare è re esse duximus, una cum Senatûs-consulto quô confirmatum fuit.

Louis par la grace de Dieu Roy de france et de Navarre au Premier huissier de nostre Cour de Parlement, ou autre nre huissier ou Sergent sur ce Requis, sçavoir faisons que vû par la Cour la Req.te a elle presentée par Amand Douté Premier Medecin de Madame Duchesse de Berry et Doyen de la faculté de Medecine a ce que pour les causes y contenües il plut a ladite Cour ordonner que le Decret de la faculté de Medecine du 20. Aoust 1718 sera homologué en ladite Cour pour être executé selon sa forme et teneur, faire deffenses a tous Bacheliers et Licentiez d'y contrevenir, vû aussy led. Decret dont la teneur ensuit.

Anno Dni millesimo septingentesimo decimo octavo die Sabbati sexto mensis Augusti, horâ decimâ matutinâ, convocatis ut moris est, per juramentum et schedulam Doctoribus omnibus Collegij Medicorum Parisiensium, habitoque conventu super M. Amandi Douté Decani expostulatione adversus nonnullos abusus, quibus animadvertit non sine doloris sensu facultas Medica Parisiensis, quasdam scholae suae leges et consuetudines, paucis ab hinc annis violatas fuisse non mediocriter, unde praesertim dolet ordo saluberrimus, quod eo usque suâ indulgentiâ devenerit ut multos inusitatos quê apud se passus sit institui jubilaeos, quibus contigit baccalaureos

quosdam vix dimidium stadij ordinarij cursum
peregisse, Emeritos verò nuperis abhinc annis
ad nutum et arbitrium, sub quo voluerint Decano
Licentiæ gradum assequi: his de causis Medicinæ
facultas, non minus publicæ civium salutis,
quam alumnorum aliquot suorum in officio
continendorum studio ducta, ut suas constitutiones,
leges et statuta Augustissimi Galliarum Senatus
authoritate sancita, in integrum pristinumque
statum restituat, post trinam convocationem ad hoc
a Decano institutam, unanimi consensu vetat ac
prohibet ne ullum deinceps examen aperiatur, nisi
tempore Quadragesimæ, hoc autem tempore exacto,
Candidatis Examen non pateat, nisi altero biennio,
ut fert articulus undecimus statutorum. si verò
filij Doctorum, qui omni favore sunt accipiendi,
postulaverint ut alterum examen Jubilæum dictum
aperiatur, liceat aperire sequentibus Remigialibus
tantum, non verò alio tempore, sed eâ conditione,
Hoc eodem die scilicet 12º. Martij et in ijsdem comitijs M. joannes franciscus Couthier qui electus fuerat professor Chirurgiæ [idiomate gallico] gallicæ loco M. Mich. Lud. Reneaume de la garanne et docere debebat proximis Martinalibus exposuit facultati quinque alijs professoribus concedi ab academia pro honorario cuiusque anni summam ducentarum librarum, nihil vero concessum fuisse ab academia M. Reneaume qui Chirurgiam idiomate gallico jam per duos annos docuerat, quod cum durum ipsi videretur, petere vellet facultas eandem ducentarum librarum summam ipsi ex œrario facultatis distribui — sicuti et alijs successoribus suis, idque usquedum academia, ~~sicut~~ alijs 5. professoribus etiam et professori Chirurgiam idiomate gallico docenti — distribueret dictam ducentarum librarum summam

4 ✱Dixit tandem quod si id non ipsi concederetur a facultate, se docendi munus remissurum facultati —

pro honorario — asseruitque sic olim ergo — professorem Pharmaceuticum ejusdem facultatem A

facultas vero respondit et statuit nihil nec M. Couthier, nec successoribus eius decerni posse ex œrario suo pro honorario [prædicto] ~~[illegible]~~ præter summam Nonaginta librarum quæ alijs 5. professoribus distribuitur et quæ etiam M. Reneaume concessa fuerat sicque finita sunt comitia —

attamen Decanus rogavit M. Couthier, vellet tantisper expectare, quia fortasse intra breve tempus prædictum honorarium quod jam in ultimo tribunali petierat ab academia pro Nono et Sexto professore obtineri se posse speravit —

Die Lunæ 17º Martij 1721. hora sesqui-decima matutina convocati fuere Doctores in scholas superiores ut sorte ducerentur sex Doctores qui examinandis rationibus M. A. Douté cœdecanj præficerentur, et dies dicta a Decano hæ rationes in scholis superioribus examinatæ st. sic volente Decano —

Die Veneris 28º Martij ann. 1721. convocati fuere Doctores in scholas superiores hora post meridiem secunda ut audirent prædictas rationes —

Die Lunæ 30. junij 1721. convocata fuit facultas in scholas superiores hora sesqui-decima matutina deliberatura num essent restituenda Comitia dicta Prima mensis à longo tempore intermissa? num etiam deinceps in scholis superioribus servandus [esset] ~~[illegible]~~ codex in quo scriberentur decreta eo ipso die quo lata fuerint — .

Rogatis super his ceteris rebus sententijs unanimi consensu statuit facultas, Eadem esse servandam, ut eo ipso die scribantur in Scholis decreta quae lata fuerint, sed ea conditione ut haec non á Decano tantum, sed praeterea ab antiquiori [illegible] antiquiorum Magistrorum et ab antiquiore juniorum praesentium subsignentur, et in sequentibus comitijs relegantur á Decano.

Quoad Comitia censuit facultas singulis mensibus et primo quoque die cujusque mensis modo nec dies sit dominica, nec dies festus aut Sabbati esse instituenda incipiendo á mense julio hujusce anni 1721 ut in ijs de rebus ad facultatem pertinentibus, atque etiam de morbis, sed maxime de malignis et contagiosis (si qui saevierint) agant inter se medici. Voluit quoque facultas ut gratis haec Comitia habeantur per duos primos menses, sed distribueretur summa unius librae tertio quoque mense praesentibus doctoribus qui adfuerint etiam per duos primos menses. Insuper voluit facultas ut quidquid propositum fuerit per primos duos menses ubi gratis vim decreti non habiturum sit, sed illud tantum quod alio tertio mense confirmatum et deliberatum fuerit. Statuit praeterea ut alia habeantur peculiaria Comitia in rebus majoris momenti indicta illarum causa in schedula pridie ad doctores delata ab apparitoribus — Et sic conclusit

J. B. Emmerez Decanus

Quam conclusionem subsignavere etiam Domini Afforty pater et Couzier —

Die Lunae 7o julij 1721. vi decreti praecedentis convocata fuit facultas hora sesqui-decima matutina ut in Scholis superioribus haberentur Prima mensis

Die Lunae 21. julij 1721 convocati sunt doctores omnes per schedulam peculiarem in Scholas superiores hora sesqui-decima matutina ut audirent M. Lud. de Santeul qui convocationem petierat á Decano et qui retulit virginem quamdam á juvene ita vulneratam fuisse in capite, ut mors inde subsequuta fuerit, se vero cum chirurgis medicinam fecisse aegrotanti toto morbi tempore, atque post mortem defunctae cadaver se praesente apertum fuisse á chirurgis, ita rogante patre defunctae virginis, propter quod litem ipsi fecerant M. Col de Vilars et Lepy qui se dicunt medicos ordinarios in Castello, et ideo contendunt sibi solis jus esse aperiendi cadavera in hisce casibus in quibus res ad rerum capitalium judicium venit; cumque M. de Santeul asseveraret contra, jus dictum etiam in dictis casibus ad omnes parisienses doctores aequaliter pertinere, petijt á facultate vellet intervenire pro se adversus M. Col de Vilars et Lepy.

Cui petitioni annuit facultas, sed

tamen cum postridie hujus petitionis res judicata fuerit a rerum Capitalium judice in Castello, inde nova facta est intercessio etiam in judicium illud et Supremi Senatus authoritati, et Doctorum atque chirurgorum parisiensium juribus, quin et M. de Santeul nomini contrarium fuerit, plane quae Medicis et chirurgis in Castello ordinariis faveret — Et in aliis Comitiis censuit facultas intercessionem hanc remittendam esse, tunc vero deferretur ad Supremum Senatum a M. de Santeul —

Die Veneris 3o augusti habita sunt Comitia ordinaria dicta Prima mensis, in quibus nihil actum notatu dignum, sed tantum de petitione ~~proposita~~ facta jam a Domino Coutier pro honorario ducentarum librarum ex aerario facultatis sumendo in ejus atque successorum ~~[illegible]~~ commodum, sed nec tunc ipsi favit facultas —

Die Martis 5o augusti convocati sunt Doctores in Scholas Superiores hora sesqui-decima matutina electurj professorem qui chirurgiam doceret idiomate gallico proximis Martinalibus loco M. joannis franc. Couthier munus istud abdicantis, et tunc illico et communi omnium voce nominatus fuit M. jacob. benignus Winslow quod quidem munus ultro suscepit et dixit sibi pro honorario sufficere summam nonaginta librarum quae aliis professoribus datur a facultate,

Sed postea concessa fuit ab academia pro honorario professoris chirurgiae gallico idiomate sicuti et aliorum summa ducentarum librarum quam his petierat in tribunali Decanus, ut videre est in ~~[illegible]~~ codicis istius Articulo de rebus in Academia gestis.

Die Martis 12o augusti 1721. Deo redditae sunt gratiarum actiones et missa celebrata sine sumptibus in Sacello Scholarum pro restituta augustissimi Regis nostri valetudine —

Die Lunae 3o Aprilis 1721 ad ordinaria Comitia dicta Prima mensis convocata fuit facultas in Scholas superiores hora sesqui-decima matutina in quibus tertio et ultimo deliberatum fuit de ~~[illegible]~~ taliis jam propositis in duobus aliis prioribus Comitiis dictis Prima m.

Primum erat an ut ordinarii haberentur Doctores, deberent in posterum per maiorem partem adesse Comitiis dictis Prima mensis sicuti et tenentur adesse per maiorem partem actibus Scholarum inferiorum —

Praeterea agebatur de intercessione in litem mota adversus M. de Santeul tum a procuratore Regis in Castello, tum et a duobus e collegis nostris qui se dicunt in eodem Castello Medicos juratos

Rogatis super his sententiis censuit — facultas Doctores non teneri debere adesse per maiorem partem Comitiis dictis Prima mensis ut ordinarii habeantur, nihilque in hoc aut immutandum, aut addendum Statutis

Sed notandum quod antea contrarium fuerat statutum in duobus aliis prioribus Comitiis —

Quoad alterum censuit rem ad alia Comitia remittendam et ut jam conclusum fuerat donec lis instructa fuerit coram Supremo Senatu — facultatemque, quae pro Domino de Santeul, et illum pro juribus suis servandis posse intervenire — et sic conclusit J. B. Emmerez decanus —

Quam conclusionem subsignaverunt postea Domini Afforty pater et Poulle — A

A Die Sabbati 18o 8bris fuit celebratum festum divi Lucae et dicta acta more solito —

Die Lunae 20. 8bris 1721. Convocata fuit facultas in Scholis superioribus post sacrum adiveit Praepositus Chirurgorum Sancosmianorum cum vicario primarij Regis Chirurgi quibus per apparitorem maiorem Die Mercurij septimanae praecedentis fuerat denunciata istae Convocatio eo fine ut ex pacto inito facultatem inter et ipsos atque etiam ex Senatus Consultis advertitur eos Laetis venirent hora ipsa decima obsequium suum solitum redditurj —.

A ut interesset sacro pro defunctis magistris atque post sacrum adiret &

Eodem die venerunt Pharmacopaei praetoriani et obsequium suum reddiderunt facultatj —

Sed cum facultas eos expectaverit usque ad undecimam horam, nec accesserint, censuit contra ipsos esse agendum summo jure ne debito obsequio possint Chirurgi sese immunes reddere et illud decretum esse ipsis denunciandum et sic conclusit

G. F. Emmerez decanus

Quod statutum fuit factum fuit atque non tantum contra Chirurgos ut ab aliquot annis, sed et contra primarium Regis Chirurgum summo jure actum est, sperat que decanus quod lis 8o aut etiam 9m annorum finietur brevj ad facultatis honorem

G. F. Emmerez

Res gestae in academia

Die Martis 18o februarij 1721. dominus Le Vasseur Quaestor generalis Universitatis accepti et expensi rationes reddidit in Collegio Dormano Bellovaco coram Amplissimo Rectore et singulorum ordinum deputatis cum adiunctis —

Die Sabbati 1o Martij 1721 habita sunt Comitia ordinaria deputatorum Universitatis in Collegio Dormano Bellovaco. Sex pro litteris nominationis supplices admissi sunt

Die Martis 11o Martij 1721 apud Mathurinenses hora septima matutina celebrata fuere Comitia ad aperiendum Rotulum Consueto more Et illis Comitijs dictus Guillau filius inter librarios juratos Universitatis numeratus fuit —

Die Martis 18o Martij 1721 habitae sunt Supplicationes academicae ad aedem Sti Martinj in Collegio Sorbonae plessaeo.

Die Lunae 24o Martij 1721. area Universitatis reservata fuit in Regia Navarra —

Die Sabbati 5o Aprilis 1721. habita sunt Comitia ordinaria deputatorum Universitatis in Collegio Dormano Bellovaco —

In his tres accesserunt supplices pro litteris nominationis quorum unus erat doctor — theologus

Praeterea conclusum fuit quod Universitas interveniret in lite pro Cadomaeensi universitate contra Patres Societatis Jesu

Die Martis 22. Aprilis 1721 apud Mathurinenses celebrata est de more hora 7a matutina Synodus academica —

Die Sabbati 3o maij. 1721. habita sunt Comitia ordinaria deputatorum Universitatis in Collegio Dormano Bellovaco —

Die Sabbati 7o junij 1721 habita sunt Comitia ordinaria deputatorum Universitatis

in Collegio Dormano Bellovaco. in his nihil notatu dignum, sed tres tantum supplicus admissi —

Die Martis 17° junij 1721 celebratae sunt supplicationes academicae ad aedem Sti Bernardi —

Die Mercurij 25° junij 1721 vocatus fuit apud Mathurinenses horâ 7a Matutina Decanus ab Amplissimo Novo Rectore Dno Gibert ad suj-sui instructionem seu confirmationem

Sed Decanus cum alijs deputatis saluberrimae confirmavit electionem factam Dnj Gibert pro-gerendo Rectoratu, is revera summè propensus fuit in saluberrimam facultatem propriam suae, etiam cum ante 13 annos jam Rector esset —

Die Sabbati 6° julij 1721 Area universitatis reservata fuit in Regia Navarra —

Die Eodem Sabbati 6° julij 1721 habita sunt Comitia ordinaria deputatorum universitatis in collegio Mazarinaeo —

in his multa dicta et conclusa sunt adversus Dnum Le Monarius Collegij Baiocensis moderatorem minus bene gerentem se cum universitate —

In his etiam novus electus est universitatis procurator in suprema curia dictus scilicet — Berenger in locum alterius fato functj —

Die Mercurij 23° julij 1721 habita sunt apud Amplissimum Rectorem Extraordinaria Comitia de rebus quae urgebant valde. in Collegio Mazar.

Die Sabbati 2° augusti 1721. habita sunt Comitia ordinaria deputatorum universitatis in Collegio Mazarinaeo. in his nihil nisi supplicas —

Die martis 12° augusti 1721 habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Collegio Mazar. Extraordinaria Comitia deputatorum universitatis in quibus de agendis D.O.M. gratijs pro Regiis valetudine restituta deliberatum fuit et — conclusae apud augustinienses P. supplicationes

Die Sabbati 16° augusti 1721 celebratae fuerunt supplicationes istae —

Die Martis 19° eiusdem mensis et anni Decanus cum adiuncto et insulis Comitatus est cum alijs universitatis deputatis Amplissimum Rectorem Christianissimo Regi restitutam valetudinem gratulaturum

Die Sabbati 30 augusti 1721. habita sunt Comitia Extraordinaria deputatorum universitatis in Collegio Mazarinaeo —

Die Sabbati 4° 8bris 1721. habita sunt Comitia ordinaria deputatorum universitatis in Collegio Mazarinaeo —

in his accessere multi supplicas pro litteris nominationis, sed unus rejectus quia blesus erat, et per procuratorem supplicare voluerat

In his praeterea petij ut deinceps quot annis numeraretur ex aerario universitatis summa ducentarum librarum pro honorario — novi et sexti nostri professoris Chirurgiam — idiomate gallico docentis sicuti numeratur alijs quinque professoribus —

Cui petitioni non tunc, sed postea et post difficultates multas superatas et consultis singulis ordinibus annuit tandem Universitas in amplissimi Rectoris Dni Gibert, non tunc tantum, sed etiam alias cum jam Rector esset ante 13. annos de ordine nostro bene meriti / Conclusione lata die 6a Xbris subsequentis

200# libras pro honorario cancellae sexto nostro professori ab academia —

Etiam si huic petitioni et conclusioni se se — opposuerit Consultissima facultas sui sen vivaltes collegium nobis semper invidens

Die Martis 7a 9bris 1721 celebratae sunt supplicationes academicae in eccl. Sti Ludovici in collegio Mazarinaeo —

Die veneris 7a 9bris 1721 in Regia Navarra relevata fuit arca in qua custoditur sigillum ~~facultatis~~ Universitatis — J. F. Brunnet

Res gestae apud chirurgos

Die Sabbati 19a aprilis 1721 Nicolaus Colignon ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Lunae 21. aprilis 1721 de universa Chirurgia in actu tentativae dictus Tournier respondit coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Mercurii 23. aprilis 1721 Duchesnay — Despres de universa chirurgia in actu tentativae respondit coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Jovis 24 aprilis 1721 Nicolaus — Collignon Magisterium in chirurgia adeptus est coram Decano et duobus Doctoribus

Die veneris 25. aprilis 1721 de la Motte — ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Sabbati 26. aprilis 1721. Dorlet ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus

Die Lunae 28. aprilis 1721 Rinale ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus

Die Sabbati 10. Maii. 1721 jouffreaus ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Lunae 12. Maii. 1721 Senot in actu tentativae interrogatus fuit coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Martis 13. Maii. 1721 Cabany in ultimo examine respondit coram Decano et duobus Doctoribus

Die Mercurii 14. Maii. 1721 Duphenix ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus

Die Jovis 15a Maii 1721 Dorlet inter chirurgos Sancosmanianos admissus est ~~post~~ coram Decano et duobus Doctoribus

Die Sabbati 17. Maii. 1721 Vabre ultimum examen subiit coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Lunae 19. Maii. 1721 de Sessart in actu tentativae respondit coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Mercurij 21. Maij 1721. Riuals in Societatem Chirurgorum Sancolmanianorum Cooptatus fuit Coram Decano et Duob. Doctorib.

Die Veneris 23 Maij 1721 Lamblot de universa Chirurgia in tentatiua respondit Coram Decano et Duobus Doctoribus

Die Sabbatj 24. Maij 1721 Tauernier ultimum Examen subiit Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Mercurij 28. Maij 1721 jouffreau inter Chirurgos juratos admissus est Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Sabbatj 31. Maij 1721 Cabanier etiam admissus est inter chirurgos Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Mercurij 4o junij 1721. Dephenin et ipse dictus fuit Chirurgus juratus Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Veneris 6o junij 1721. Vatré — pariter in Societatem Chirurgorum adscriptus est Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Sabbatj 14o junij 1721 Despres — primum suum Examen subiit Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Mercurij 25. junij 1721. Desessart etiam primo examine tentatus est Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Sabbatj 28. junij 1721 Lamblot in primo Examine respondit Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Mercurij 2o julij 1721 Genot primum suum Examen subijt Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Sabbatj 19. julij 1721 Levasseur ultimo Examine tentatus est Coram — Decano et Duobus Doctoribus —

Die Lunae 21. julij 1721 Depeine in ultimo suo Examine respondit Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Martis 22. julij 1721 Delahaye ultimum suum Examen subijt Coram Decano et Duobus Doctoribus

Die Mercurij 23 julij 1721 Baudot etiam ultimo Examine tentatus est Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Lunae 28. julij 1721. Meunier in dicta tentatiua examinatus fuit Coram Decano et Duobus Doctoribus

Die Martis 29. julij 1721 Delamotte inter Chirurgos Cooptatus est Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Mercurij 30. julij 1721 Delahaye in Chirurgorum numero recensitus est Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die jouis 31. julij 1721 Levasseur admissus est quoque in Chirurgorum Societatem Coram Decano et Duob. Doctorib.

Die Veneris 1o Augusti 1721 Depeine Chirurgus juratus appellatus est Coram Decano et Duobus Doctoribus —

Die Sabbati 2a augusti 1721 de Lorme fuit admissus ad peritiam remittendarum herniarum coram Decano —

Die Martis 5a augusti 1721 Baudot inter chirurgos cooptatus est coram Decano et duob. Doctoribus —

Die Jovis 7a augusti 1721 vocatus fuit Decanus a chirurgorum praeposito perpetuo per schedulam et monita est ad hoc ut cum duobus Doctoribus adesset actui Receptionis dicti — Du Breuille quem inter suos unico actu, quem levioris Experientiae vocant, admittere — decreverant chirurgi — sed Decanus non vocavit Doctores secum, sed solus ivit ad chirurgos, quib. haec verbis significavit se nomine facultatis isti Receptioni intercedere et postquam sit contra tum facultatis, tum chirurgorum statuta, et praeterea laedat publicum bonum; atqui cum chirurgi dictum Dubreuille interrogaverint tamen et admiserint, etiam si apprime ignarus sit, hinc postridie Decanus instrumento publico — denunciavit praeposito chirurgorum se — opponere iterum Receptioni Du Breuille, neque istum chirurgum juratum recognoscere facultatem quin et se intervenire in ullas alias deinceps eius modi levioris Experientiae receptiones tentandas — Quod publicum instrumentum junctum est cum aliis actibus qui spectant ad litem quae jam pendet inter facultatem et chirurgos ut etiam super eius modi non licitis receptionibus supremus senatus decernat —

Die Mercurij 20. augusti 1721 Gallot ultimo examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus

Die Martis 26. augusti 1721 idem Gallot chirurgus juratus renunciatus fuit coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Mercurij 27. augusti 1721 Gamblot aggregatus fuit cum chirurgis Sancosmanianis coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Sabbati 13. 7bris 1721 Desloix cum dictis chirurgis etiam aggregatus fuit coram Decano et duobus Doctoribus —

Die Mercurij 24. 7bris Mounié primum suum examen subiit coram Decano et duobus Doctoribus —.

Obstetrices —

Die Jovis 4a 7bris 1721. dicta Faizaire
Die Jovis 2a 8bris 1721 dicta Le Gras
Die Veneris 3a 8bris 1721 dicta Pinon
Die Lunae 13. 8bris 1721 dicta Dumaire
Die Jovis 16. 8bris 1721. dicta Donfail
Die Lunae 20. 8bris 1721 dicta Durand

Renunciatae sunt probante facultatis Decano —

J. F. Emmerez

Res gestæ apud Pharmacopœos Parisienses —

Hoc anno 1721 duo in Pharmacia candidati qui annis præteritis actus suos omnes compleverant et in omnibus probati fuerant dictus scilicet Pia ~~[illegible]~~ et dictus Bertho tandem à pharmaciæ professoribus præsentibus quinque artis custodibus ducti fuerunt ad urbanæ politiæ proprætorem ~~[illegible]~~ ut renunciarentur pharmacopœi parisienses præstito prius sacramento solito —

Unicus vero et artis filius Pet. Ant. ~~Sa[illegible]~~ Baill[y] ~~[illegible]~~ dictus Rex de universa Pharmacia fuit primó interrogatus, postea specimen exposuit, et ejus compositionem, tandemque tabellam confecit

quo facto antiquior pharmaciæ professor M. Joan. Nicol. de la Bl[...] ~~[illegible]~~ illum ad urbanæ politiæ proprætorem dnum Zachariae de Baudry duxit ut solito sacramento adstringeretur — præsentibus etiam altero professore nec non pharmaciæ custodibus

Eodem anno et solito tempore decanus professores pharmaciæ et doctores adiuncti pharmacopœorum custodibus stipati quinque urbis pharmacopolarum officinas omnes sedulo lustraverunt —

Sequenti vero septimana facta fuit lustratio aromatopoliorum, á decano, professoribus pharmaciæ et doctoribus adiunctis cum aromatariorum custodibus —

Res gestæ apud Pharmacopolas aulicos

Per hunc annum 1721 Trutoir parisinus Regis Pharmacopola aulicus coram pharmacopœorum Regiorum syndico á decano et professoribus pharmaciæ de rebus pharmaceuticis in domo sua fuit interrogatus — Eodemque die specimina sui medicamenta probanda palam exposuit, et quinque compositiones eo ipso die et sequentibus duobus perfecit, tandemque confectâ coram decano et pharmaciæ professoribus tabellâ inter album Regiorum pharmacopœorum ~~[illegible]~~ sub authoritate summi præpositi relatus fuit

J. E. [illegible signature]

Hæc Rationis accepti depensi reddita fuit die ... Augusti 1722.

Tabula accepti Ordinarij Et Extraordinarij

Caput accepti Extraordinarij

Ex summa trecentarum et decem libellarum cum quindecim assibus quæ facultati debebatur ab undecim Doctoribus et quam pro ipsorum capitatione solvit M. de Boizé eduranus, ut patet in suo memoriali olim in hac Scholæ lecto et quod habeo præ manibus, decanus accepit tantum summam ducentarum septuaginta sex libellarum cum quindecim assibus quia summa triginta quatuor libellarum debetur à M. de la grive doctore — 276.lt 15.s

Caput Primum accepti Ordinarij Ex Annuo Reditu facultatis.

A vidua Pepin pro annua locatione maiorum facultatis ædium cadente in diem ultimum 7bris 1721 decanus accepit summam trecentarum quinquaginta librarum — 350.lt

A dicta gredot pro annua locatione minorum facultatis ædium cadente in diem ultimum 7bris 1721 accepit decanus summam ducentarum quadraginta libellarum — 240.lt

Ab urbis quæstore pro sex ultimis mensibus ann. 1720 annui proventus facultati debiti ex contractu quatuor decim mille libellarum, cuius denarium hodie tantum accepit decanus summam centum septuaginta quinque librarum — 175.lt

Ab eodem quæstore pro novem ultimis mensibus ann. 1720 annui proventus facultati debiti ex altero contractu decanus accepit summam unius libræ supra quadraginta cum quinque assibus — 41.lt 5.s

Ab eodem quæstore pro sex primis mensibus ann. 1721 annui proventus facultati debiti ex contractu quatuor decim mille libellarum accepit decanus summam centum septuaginta quinque libellarum — 175.lt

Ab eodem quæstore pro tribus primis mensibus ann. 1721 annui proventus facultati debiti ex alio minori contractu accepit decanus summam viginti septem librarum cum decem assibus — 27.lt 10.s

Summa huius paginæ est de douze cens quatre vingt cinq livres dix sols

Ab eodem quaestore pro sex ultimis mensibus ann. 1721 annui proventus facultati debiti in contractu quatuor decem mille librarum accepit decanus

Summam centum septuaginta quinque librarum — 175.#

Ab eodem quaestore pro sex ultimis mensibus ann. 1721 annuj proventus debitj facultatj in contractu minorj duran. accepit

Summam vigintj septem librarum cum decem assibus — 27.# 10.s

Caput secundum
accepti á Baccalaureis in quaestionib. quodlibetariis.
Pro stipendijs Lectorum Et Registro

á m. Antonio	Cala maior	4.# 10.s
á m. David	Valle	4.# 10.s
á m. Andrea josepho	Se ron	4.# 10.s
á m. Nicolao	Le Roy	4.# 10.s
á m. thoma Renato	Garnier	4.# 10.s
á m. joanne	Moullin	4.# 10.s

Caput tertium
Accepti á baccalaureis in quaestionibus quodlibetarijs pro horto

á m. Antonio	Cala maior	3.# 4.s
á m. David	Valle	3.# 4.s
á m. Andrea josepho	Seron	3.# 4.s
á m. Nicolao	Le Roy	3.# 4.s
á m. thoma Renato	Garnier	3.# 4.s
á m. joanne	Moullin	3.# 4.s

Caput quartum
accepti á baccalaureis in quaestionib. quodlibetarijs
Pro schedulis, Anatome, Et Non Registratis

á m. Antonio	Cala maior	16.#
á m. David	Valle	16.#

Summa huius paginae est de Deux cens quatre vingt livres quatorze sols

à M. Andrea Josepho	Siron	16#
à M. Nicolao	Le Roy	16#
à M. Thoma Renato	Garnier	16#
à M. Joanne	Moullin	16#

Capite Quintum
accepti à Baccalaureis
in quaestionib. Cardinalitiis
pro stipendiis Lectorum et
horto

à M. Nicolao	Le Roy —	10#
à M. Andrea Josepho	Siron	10#
à M. Joanne	Moullin	10#
à M. Antonio	Casamajor	10#

Caput Sextum
accepti à Baccalaureis
in Quaestionib. Cardinalitiis
pro Rebus academiae

à M. Nicolao	Le Roy	18#
à M. Andrea Josepho	Siron	18#
à M. Joanne	Moullin	18#
à M. Antonio	Casamajor	18#

Caput Septimum
accepti
à Chirurgis Barbitonsoribus

A Chirurgorum praeposites et quaestore postridie Divi Lucae pro annuo vectigali quinque libellarum cum assibus quatuor decim Decanus accepit — — — — nihil
quia illi non venerunt cum praeposito proprio seu vicario primarii Regis Chirurgi obsequium suum facultati reddituri, in quo jam desierunt à novem annis, unde lis pendet ~~aliqua~~ inter facultatem et ipsos ab hoc tempore —

A singulis qui hoc anno Chirurgiae Magisterium adepti sunt accepit Decanus tres libras cum duodecim assibus et sex denariis, unde pro quindecim Chirurgis emergit summa quinquaginta quatuor librarum cum septem assibus et sex denariis — — 54# 7s 6d

Summa huius paginae est de
Deux cens trente livres sept sols six deniers

Caput Octauum
accepti
à medicinæ studiosis pro jure
inscriptionis, et pro jure
sigilli —

Ab undecim medicinæ studiosis qui hoc anno — ex quo decanus fui nomina dederunt facultati accepit decanus
Summam quinquaginta septem libellarum 57#
Pro sigillo duodecim studiorum testimonijs apposito accepit decanus
Summam triginta sex librarum 36#

Caput Nonum
accepti à Baccalaureijs
pro aulæorum usu —

Pro sex quodlibetarijs et quatuor cardinalitijs disputationibus accepit decanus centum viginti libras, quando quidem pro quolibet actu numerantur duodecim libræ 120#
Pro quatuor pastillarijs accepit decanus summam sexdecim libellarum 16#

Caput decimum
accepti ex reliqua pecunia
in primis quodlibetarijs

In actu cui præerat extra ordinem M. de la vigne propter absentiam duorum doctorū relicta est decano sumā octo librarum 8#
In actu cui præerat extra ordinem M. L. S. Emmerij propter absentiam trium doctorum relicta est decano summa duodecim librarum 12#
In actu cui præerat extra ordinem M. molôet propter absentiam duorum doctorum relicta est decano sumā octo librarum 8#
In actu cui præerat extra ordinem M. Tvant propter absentiam ~~duorum~~ trium doctorum relicta est decano summa duodecim librarum 12#

Caput undecimum
accepti ab academiæ quæstore —
à M. Petro le vasseur academiæ quæstore pro medicinæ professorum honorario accepit decanus
Summam mille libellarum 1000#

Summa huius paginæ est de
Douze cens soixante et neuf livres

Caput duodecimum
accepti à Quæstore postarum

pro duobus annis scilicet 1720. et 1721. pensionis annuæ à Rege seu professoribus nostris concessæ decanus accepit

summam sexcentarum supra tres mille librarum 3600 ₶

Summa hujus paginæ est de trois mille six cens livres.

Itaque summa totius accepti est de six mille six cens soixante et cinq livres onze sols six deniers.

Tabula Expensi
Ordinarij Et Extraordinarij.

Caput Primum
Expensi

Visis quittentiis

Ex ultimis rationibus redditis à M. d. Doullé Exdecano facultas ipsi debebat summam librarum duarum mille supra ducentas nonaginta duas cum decem assibus et sex denarijs, quam summam ipsi decanus illico persoluit ~~soluit~~ ut patet in eius accepti latione — 2292 lt. 10 s. 6 d.

Eidem soluit pro honorario centum et quinquaginta libellas — 150 lt.

Praeterea singulis doctoribus qui praedictas rationes obsignaverunt (numerantur autem [illegible]) persoluit decanus nummum argenteum constantem tribus libellis, sibi et antiquiori magistro duplum; absentibus vero quatuor medicis aulicis, et duobus alijs medicis caularijs quin et cuique bidello nummum pariter argenteum persoluit, unde, quia sunt duo supra octoginta capita, conflatur summa ducentarum quadraginta sex libellarum — 246 lt.

Caput Secundum
Expensi
Pro Stipendijs Professorum

M. Hyacintho Theodoro Baron pathologiae professori persoluit decanus —	90 lt.
M. Philippo Caron Physiologiae professori	90 lt.
M. Philippo Bernardo de Bordigaraye chirurgiae latinae professori	90 lt.
M. Michaeli Lud. Reneaume de la Garanne chirurgiae gallicae professori	90 lt.
M. Joanni Bapt. Fausto Alliot materiae medicae professori —	90 lt.

Caput Tertium
Expensi ordinarij —
Pro Refectionibus

M. Mathaeo Thuillier antiquiori magistro	4 lt.
M. Hyacint. Theod. Baron pathologiae professori	2 lt.
M. Philippo Caron Physiologiae professori —	2 lt.
M. Philip. Bernardo de Bordigaraye — chirurgiae latinae professori	2 lt.
M. Mich. Lud. Reneaume de la Garanne chirurgiae gallicae professori	2 lt.
M. Joann. Bapt. Fausto Alliot materiae medicae professori	2 lt.
M. Antonio Pepin Pharmaciae utriusque professori	2 lt.

Summa huius paginae est de trois mille cent cinquante quatre livres dix sols six deniers

M. joanni Nicolao Di la Hire altero pharmaciae professori — 2#

M. Amando Doutté Censori 2#

M. Guidoni Erasmo Emmerez Decano 4#

Caput Quartum
Expensi
Pro Anatomia, operibus Chirurgicis et Pharmaceuticis

M. Hyac. Theod. Baron pro Anatomicae honorario persoluit Decanus — 30#

Pro sumptibus Eiusdem Anatomiae — 129# 6s

M. Philip. Bern. De Bordegaraye chirurgiae latinae professori pro honorario suarum lectionum in Amphitheatro — 30#

Chirurgo cuius manu usus est — 20#

Pro varijs sumptibus istius cursus operationum Chirurgicarum — 119#

Dicto Baron Pharmacopoeo pro operibus pharmaceuticis — 20#

Pro sumptibus operum istorum Pharmaceu- — 15# 14s

Visis Guilbertus (margin)

Caput Quintum
Expensi
Pro honorario Professorum Ex aere Academiae

M. Hya. Theod. Baron persoluit Decanus — 200#

M. Philip. Caron — 200#

M. Phil. Bern. De Bordegaraye — 200#

M. joan. bapt. faulto Alliot — 200#

M. Antonio Pépin — 200#

Caput Sextum
Expensi
Pro honorario Professorum De Novo a Rege concesso

M. joanni francisco Giot Pathologiae professori Anno 1720 persoluit Decanus — 300#

M. Hyac. Theod. Baron Physiolog. professori Anno 1720 — 300#

M. jacobo fourneau chirurgiae latinae professori Anno 1720 — 300#

M. Mich. L. d. Reneaume de la Garanne chirurgiae gallicae professori Anno. 1720 — 300#

M. Aegidio Alain Materiae Medicae professori ann. 1720 — 300#

M. Eliae Col de Vilars Pharmaciae profess. Anno. 1720. — 300#

Summa huius paginae est de trois mille cent soixante et douze livres

M. hyac. theod. Baron pathologiæ professori anno 1721. — 300tt

M. Philip. Caron Physiologiæ professori anno 1721. — 300tt

M. Phil. Bern. de bordegaraye chirurgiæ latinæ professori anno 1721. — 300tt

M. Mich. lud. Reneaume de la garanne chirurgiæ gallicæ professori anno 1721 — 300tt

M. joan. Bapt. fausto Alliot materiæ medicæ professori anno 1721 — 300tt

M. Antonio Pepin Pharmaciæ professori anno 1721. — 300tt

Caput Septimum
Expensi
Ordinarij Et Extraordinarij
Pro Rebus Sacris

Pro Anniversario M. michaelis de Colonia per solvit decanus — 8tt

Pro missis et obitibus celebratis á die 4o januarij ann. 1721. ad 29. martij eiusdem anni persolvit decanus — 24tt 10s

Apparitoribus qui per hæc tempora ministraverunt — 8tt 15s

Pro missis et obitibus celebratis á die 5o Aprilis 1721 ad 28. junij eiusdem anni — 17tt 5s

Apparitoribus qui per hæc tempora ministraverunt — 6tt

Pro missa celebrata in Scholarum sacello ut D.O.M. debitæ gratiæ redderentur pro restituta Regis augustissimi valetudine — 3tt

Petro de la chrine pro pane azymo et vino suppeditatis per annum 1721. ad missarum celebrationem — 6tt

Eidem pro mundatis sacelli linteis et aliis rebus ad sacelli et Scholarum usum suppeditatis per annum 1721 — 30tt

Cerario Bele pro cereis et facibus ab ipso suppeditatis per annum 1721 — 96tt

Dicto Pillement pro duodecim scutis facultatis Medicæ appositis sive facibus in exequiis M. joan. bapt. Doye exdecani solvit decanus ut patet ex eius acceptilatione — 9tt

Octodecim doctoribus qui interfuerunt pompæ funebri M. Caroli Chuillier

Novemdecim doctoribus qui interfuerunt exequiis M. Dominici de Farey exdecani

Sexdecim doctoribus qui interfuerunt exequiis M. imbert

Quindecim doctoribus qui interfuerunt pompæ funebri M. joan. bapt. Doye exdecani solutum fuit á decano honorarium quod ex decreto lato die veneris 5o junij ann. 1722

Summa huius paginæ est de
Deux mille huict livres dix sols

Vidi [illegible]

fuit pro uno quoque Doctore unica libra cum decem assibus — Decano duplum et cuique bidello ut doctori etiam solutum fuit, unde — exurgit summa ~~...~~ supra centum librarum ~~...~~ — quia sunt ~~...~~ capita sexaginta octo — 102[#] ...

Die divo Lucae sacra pro doctoribus missae praesentibus, pro medicis dulciis et cantarijs, quin pro bidellis et offertorio — numeravit Decanus summam octuaginta — duarum librarum cum quatuor assibus — 82[#] 4[s]

Caput Octavum
Expensi —
Pro Rebus Academiae —

In supplicationibus academicis ad aedem Deo sacram sub invocatione S[ti] Martinj — in collegio Sorbonae plesseo die martis 18[o] martij ann. 1721 distributa fuit summa septem decim librarum cum septem decim — assibus — 17[#] 17[s]

In supplicationibus academicis ad aedem Deo sacram sub invocatione S[ti] Bernardj die martis 17. junij 1721 distributa est summa — 17[#]

Doctoribus qui cum D[no] Decano comitati sunt D[num] Rectorem ad maiorum augustinianorum aedes die sabbatj 16. augustj 1721. ut D.O.M. — redderentur actionum gratiae pro restituta Regis augustissimj valetudine distributa fuit summa — 20[#] 8[s]

In supplicationibus academicis ad aedem Deo — sacram sub invocatione S[ti] Ludovicj in collegio — Mazarinaeo die martis 7o 8bris 1721. distributa fuit summa — 18[#] 16[s]

D[no] de Farcy loco Decanj et eius adiuncto — qui comitati sunt Rectorem Regi augustissimo, Regenti Regnj et magistratibus civitatis differentem — persolutae pro more octodecim librae — 18[#]

Eadem die apparitoribus — 8[#]

Decano qui comitatus est amplissimum — Rectorem gratulaturum augustissimo Regi ob — restitutam valetudinem — 10[#]

Ad marginem: Parisiis quietis ...

Caput Nonum
Expensi —
Pro facultatis aedibus —

Petro la Grive majorj apparitorj pro — mundato scholarum circuitu per decem menses — Decanus persolvit summam decem librarum — 10[#]

Ludo Chapuy latomo propter varias — reparationes factas in minoribus facultatis aedibus et apud minorem apparitorem Decanus dedit summam unius librae supra quadraginta libras cum novem assibus et octo denarijs, ut patet eius acceptj latione — 41[#] 9[s] 8[d]

Summa huius paginae est de trois cens quarante cinq livres quatorze sols huict deniers.

Caput Decimum

Expensi
Ordinarij Et Extraordinarij
Pro Rebus atque Litibus
facultatis

Pro annua pensione viduae M. Mathaej Dion. fournier persoluit Decanus centum et quinquaginta Libras ut patet ex eius quadruplici acceptilatione — 150.#

Pro tributo in duorum Bidellorum capita — imposito pro anno 1727 decanus persoluit. — 19# 16.s

Pro menstruis comitijs [illegible] — mei decanatus — — 26#

Adulaeorum quotorij decanus persoluit sexaginta decem libras ut patet eius acceptilatione — — 70#

Illi qui annuum facultatis proventum ab urbis quaestore accipit, decanus soluit — — 13# . 3.s

Petro La grive majori appariturj pro papyro, calamis et atramento per annum 1721 suppeditatis decanus dedit — 15#

Eidem pro affixis per urbis compita professorum programmatis — 3#

Dicto La grive pro varijs Statutorum libris, doctoribus distributis decanus soluit summam quinquaginta trium librarum cum septem assibus ut patet ex eius acceptilatione. — 53# 7.s

Eidem La grive pro [illegible] quibus M. Domin. de farcy loco decani et alij — deputati doctores usi sunt ad Regiarum rationum Magistratus ad hoc ut obtinerent — registrationem litterarum pro annua servo — professorum pensione Regia quae pro unoquoque professore est trecentarum librarum, Numeravit decanus summam unius librae supra triginta — 31#

L'autre moitié payée par la faculté de droite —

Dno Bervyer procuratori rationum regiarum pro media parte impensarum factarum ad obtinendam dictam registrationem numeravit decanus summam centum quadraginta trium libellarum cum tredecim assibus et denarijs 4°. ut patet ex eius acceptilatione — 143# 13.s 4.d

Dno de ferriere antecessore et primicerio in jurium facultate pro media parte aliarum — impensarum quas ambae jurium et Medicinae facultates fecerunt in comunj ad obtinendam — praedictam professorum suorum pensionem regiam decanus numeravit summam quadraginta trium libellarum ut patet acceptilatione — 43#

Dicto Gibaut typographo pro schedulis convocationis ad eligendum alium decanum in locum M. D. Gouté numeravit decanus ut patet ex acceptilatione — 3#

Visis Quittanciis

Summa huius paginae est de
Cinq Cens Soixante et dix livres dix neuf sols
quatre Deniers

Dnis de Blarus et dubry in Senatu — patronis qui causam hanc sustinuerunt decanus numeravit summam centum octoginta librarum | 180.ᵗᵗ
Au clerc dni de Blarus | 6ᵗᵗ
Dno Droüart in Senatu procuratori pro varijs sumptibus ab eo factis in hoc negotio — persoluit decanus summam centum triginta — unius librarum ut patet ex eius acquiti latione | 131.ᵗᵗ
à ses clercs | 5ᵗᵗ
Dicto Gibaut pro uno libello dicto factum cussis impresso in praedicto decanatus negotio decanus numeravit tredecim libellas cum decem assibus ut patet ex eius acquiti latione | 13ᵗᵗ 10ˢ
Pro rhedis monitorijs ad illud facultatis negotium insumptis | 29ᵗᵗ
M. joan. bapt. thomas Martineng pro varijs impensis ab ipso factis in eodem negotio decanus reddidit summam quadraginta duarum librarum cum tredecim assibus ut patet ex eius acquiti latione; sed in hac summa deminendae sunt quatuor librae cum decem assibus, ut pote quae ad articulum praecedentem pro rhedis insumpsi ne pluries repetrentur eaedem impensae — igitur in summa quadraginta duarum librarum cum tredecim assibus in acquiti latione M. Martineng notata hic debet tantum scribi summa triginta octo librarum cum tribus assibus | 38ᵗᵗ 3ˢ

Quittances

M. Nicolao le Sellier pro quibusdam alijs impensis ab ipso factis in eodem decanatus negotio reddidit decanus octo libras cum sexdecim assibus ~~[illegible]~~
praeter 12ᵗᵗ 10ˢ pro rhedis quae in articulo pro rhedis numeratae fuerunt supra | 8ᵗᵗ 16ˢ
Duobus tabellionibus seu notarijs qui suam operam dederunt in eodem negotio persoluit decanus summam nonaginta librarum ut patet ex acquiti latione subsignata Le Sellier uno e duobus notarijs | 90ᵗᵗ
Duobus alijs tabellionibus qui acquiti lationem non dederunt soluit decanus duas libras cum decem assibus | 2ᵗᵗ 10ˢ
A Pro calculis impensis ut moris est — — | 60ᵗᵗ
Pro calculis ad rationes praesentes reddendas impensis | 15ᵗᵗ
Maiori bidello pro opera extraordinaria | 50ᵗᵗ
Minori apparitori pro eadem | 25ᵗᵗ
A M. Ludovicus de Santeul fuit in libro adversus M. A. Douté pro decanatus prorogatione impendit summam viginti septem librarum cum quindecim assibus quam summam ipsi — reddidit decanus | 27ᵗᵗ 15ˢ
Filio dicti Gruin — — | 25ᵗᵗ

Summa huius paginae est de
sept cens six livres quatorze sols

Itaque summa totius Expensi est de
Neuf mil neuf cens cinquante huit
livres huict sols six deniers
summa vero accepti est de
six mil six cens soixante et cinq
livres onze sols six deniers
quapropter summa Expensi superat
summam accepti de trois mille
deux cens quatre vingt douze livres
dix sept sols

facultas gratas et datas habet rationes
mox redditas a magistro guidone
Emmerez Decano decernit ipsi honorarium
solitum scilicet centum et quinquagenta
libellarum, unicuique doctori honorarium
trium libellarum, antiquiori Dec[illegible]
Magistro et Decano duplum unicuique
bidello ut Doctori datum parisiis
die 31 augusti anni reparatae salutis
humanae 1722 Dreaux De Belesbre

Chillier Maraval Cordelle [illegible]
Laulte Geoffroy Burette Collot
Mattot Lemery Chomel
Lièvre Andry
Finot Fourneau [illegible]
Geoffroy Azevedo Aignan

Gilbert fontaine. peschard Ch fermelhuis mr Leroné

vergnet Guillot Courier. Courier pr

Mangin vergne pour Mr Baron Delahire

Adam Bertrand. Martineny Caron

Bry Le Dran. Guiot pro Le Moine Guiot

Delalen. pro mr de Bordegaraye Delalen. Guillot

pro afforty pere. afforty fils pr bailly afforty fils.

afforty D. peaget pour Mr perrin peaget

millet et pro alios millet Bourdelin Duverney

Jumines Chevalier. Ladrigne Le Devaux

Jacques Germagny Vrant.

Dauer De Breuille pro De harment Dauer De Breuille

Gasnier: Leroy Coldevilars Lemier

Cressé

Commentarius alter Rerum tum in facultate Medicinæ parisiensi, tum extra facultatem, in academia parisiensi, apud chirurgos etiam, atque pharmacopöeos parisienses gestarum cum tabulis accepti et expensi

M. Guidone Erasmo Emmerez iterum Decano
à die 8º 9bris an. 1721.
ad diem 9m 9bris. an. 1722

Die Sabbati 8a 9bris 1721. proximo post festum SS. omnium Doctores pridie per schedulam convocati convenere in Scholas superiores Decanum et professores, ut moris est, electuri.

M. Guido Erasmus Emmerez Decanus gesti sui muneris per annum rationem reddidit, mox professores de munere sibi commisso gratias egerunt, tumque sorte ducti Electores, ut fieri consuetum est.

Ex majori ordine

M. Urbanus Leaulté
M. Joannes Gily
M. Raymundus Jacob. Finot

Ex minori vero

M. Hyacint. Theodorus Baron
M. Joannes Damianus Chevalier

Vix illi quinque sorte ducti sunt, cum unus e Magistris stetit coram omnibus, et petijt tenerentur Electores appellare tres Doctores et in his unus eligeretur Decanus in locum M. Guidonis Erasmi Emmerez, quia ex articulo xij. appendicis ad reformationem facultatis Medicinæ, Decanus singulis annis eligitur, at omnes statim inhorruerunt in illum, arguentes quod in articul. Statutorum LXj Decanus singulis tantum bienniis eligitur; ita ut secundo anno non electio propria, sed confirmatio tantum fieri debeat Decani pro altero anno, quod ita olim

ante 100 annos Statutum jam fuerat à facultate in favorem M. Heron, quia convenit ut — decanus qui duxit Baccalaureos per biennium dum respondereunt in Subselliis Scholarum inferiorii eosdem ducat saltem ad Licentiae gradum, nisi forte ita contra facultatis jura et honorem se — gesserit per primum annum decanus, ut non mereatur quod ipsi decanatus prorogetur in secundum annum / quod cavere voluit articul. XIJ. reformationis; sed cum non ita se res haberet respectu M. guidonis Erasmi Emmery nunc — decani, inde ubi Electores quinque inter se ipsos — sacellici convenerunt, redierunt coram omnibus et illorum antiquior M. urbanus Leaulté suo et aliorum nomine dixit, prorogavimus inter nos et etiamnum coram omnibus prorogamus decanatū in annum proximum M. guidonj Erasmo Emmerij de ordine nostro bene merito, statimque omnes assensi sunt et unanimi voce decanus iterum factus est qui jam per annum fuerat

Quo facto statim electores appellaverunt in Scholarum professorem

Ex maiori ordine —
M. claudium — Vergne
Ex minori
M. aegidium — adam
M. joann. bapt. thomam Martinenq

In chirurgiae ~~[illegible]~~ professorem
Ex majori ordine —
M. joannem Despinoy — Pelehard
Ex minori
M. thomam Bernardum — Bertrand
M. Petrum antonium — Lepy —

In Pharmaciae professorem
Ex maiori ordine —
M. franciscum — Quiel
M. Mich. Lud. Reneaume de la garenne —
Ex minori
M. franciscum — Poulle —

In Botanices professorem
Ex majori ordine —
M. Ludovicum — Lémery
Ex minori
M. franciscum antonium Ledran
M. joannem franciscum Leaulté

Ex his omnibus sorte ducti sunt
Magistri Martinenq. Pelehard. Reneaume — de la garenne et Leaulté filius

At una et alta omnium voce. M. Benignus Jacobus Winslow appellatus fuit professor — chirurgiae ~~gallicae~~ idiomate gallico —

Quaestiones Quodlibetariae

Die jovis 13o 9bris ann. 1721 disputavit extra ordinem de quodlibetaria quaestione M. jacob. Phil. davier de Breuille respondente baccalaureo thoma Renato Galnier Parisino et erat quaestio talis affirmative conclusa —

An Pestis ~~[illegible]~~, ignis —

Pridie ejusdem M. disputaverat de sua quaestione Pastillaria dicta —

Eadem die 13ª 9bris ante quodlibeta a majori Bidello publice recitata sunt Nomina et Cognomina Doctorum Medicorum actu Regentium in Saluberrima facultate Parisiensi anno R. S. H. Millesimo Septingentesimo vigesimo primo quae sequuntur —

M. Mathaeus Chuillier Antiquior Scholae magister

M. joannes Cordelle

M. Germanus Preaux professor Regius

M. franciscus Afforty

M. Guido Erasmus Emmery facultatis decanus

M. joannes Boudin Regi a sanctioribus Consilijs sr. delphinj et delphinae dum viverent Medicus primarius et Regis perpetuo ordinarius.

M. Bertinus Simon Geoffroy

M. franciscus Picoté de Belestre

M. urbanus Laulté

M. franciscus Goüel

M. Philippus Douté

M. joannes bapt. Dodart Regi a sanctioribus consilijs et archiatrorum comes

M. Petrus Marais

M. Petrus joann. Burette professor Regius et librorum censor

M. alexius Littre Regiae Scientiarum academiae Socius

M. alexander Petrus Mattot

M. claudius Berger

M. joannes Geloy

M. Philippus Caron Scholarum professor

M. armandus josephus Collot

M. andreas Cressé

M. joannes bapt. Chomel Medicus Regis ordinarius

M. Philippus Hecquet

M. Nicolaus Andry professor Regius et librorum censor —

M. Petrus Le Tonnellier

M. Ludovicus L'Emery

M. Philippus Bernard de Bordegaraye ~~Chirurgiae Latinae professor~~

M. Raymundus Jacob Finot

M. Michael Lud. Reneaume de la Garenne ~~Chirurgiae gallicae~~ professor pharmaciae

M. jacobus Fourneau

M. franciscus Dignay

M. Stephanus franciscus Geoffroy professor Reg.

M. joannes Helvetius Medicus Regis ordinarius

M. Petrus Dejeudo

M. Antonius Pepin ~~Pharmaciae professor~~

M. Philippus Fontaine

M. joannes Despinay De Sehard —

M. joann. bapt. fernel[ius?]
M. Ludouicus guillot
M. Benignus jacobus winslow. chirurgicæ
in scholis gallicæ professor —
M. claudius Deyne
M. claudius du cerf. chirurgicæ ~~[illegible]~~ professor
M. Saluator Cluscard
M. joannes claudius adrianus Helvetius
Medicus designatus Regis perpetuus ordinarius —
M. michäel procopius Coulteaux —
M. joannes bapt. Mongin med. Reg. ordinarius —
et singularum professor
M. joannes franciscus Coutier
M. Antonius geoffroy —
M. joannes Nicolaus de lahire pharmaciæ
professor
M. Hyacinthus theodorus Baron ~~[illegible]~~
M. Camillus falconnet Medicus utriusque aulæ
equestris Regiæ ordinarius
M. ægidius adam
M. ~~thomas~~ Bernardus bertrand
M. franciscus poull. —
M. jöannes bapt. thomas Martineng —
M. jöannes bapt. Sylua
M. jöannes antonius de jussieu Botanicus in
horto regio professor
M. jöannes Bell. —
M. Henricus Belnice
M. Elias col de vilars
M. Petrus Antonius Le Epy —
M. antonius le Moine —
M. franciscus antonius le dran
M. jöannes franciscus giot
M. andreas de la lieu
M. franciscus bailly
M. claudius antonius Renard
M. petrus afforty
M. Nicolaus le tellier
M. jöannes Mathæus le bert
M. jöannes bapt. faustus alliot de Mussay —
~~[illegible] [illegible] [illegible]~~
M. michäel peaget
M. jacobus antonius Millet — materiæ medicæ
professor
M. jöannes franciscus Leaulte !
M. michäel Lud. vernage —
M. Ludouicus claudius Bourdelin
M. Emanuel mauricius duverney —
M. Ludouicus de Santeul —
M. claudius Brunet —
M. jöannes damianus chevalier
M. claudius delavigne de frécheville —
M. gabriel antonius jacques
M. guillelmus de Magny
M. Ludouicus simon Emmerez
M. Petrus Maloët
M. jacobus Evant
M. jacobus Philippus dauiez de Breuille —

Die jovis 27. 9bris 1721 disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo M. Mathaeus Thuillier antiquior Scholae Magister respondente Baccalaureo Andrea Josepho Seron parisiensi et erat quaestio talis affirmative conclusa

An omni delirio et sopori venae sectio

Die jovis 11. xbris 1721. disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo M. Jacobus Philippus Danier de Brouillet respondente baccalaureo David Vallet parisino, et erat quaestio talis affirmative conclusa

An deceptoria in morbis haemorrhoicis [?]

Die jovis 18o xbris 1721 disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo M. Jacobus Grant respondente baccalaureo Nicolao Le Roy Rothomagaeo et erat quaestio talis negative conclusa

An passio vulgo hysterica dicta ab utero

Die jovis 22. januarij 1722 disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo M. Petrus Maloet respondente Baccalaureo Georgio Antonio Taron de Sommeau Bajocensi et erat quaestio talis affirmative conclusa

An incipienti pleuritidi, aliquando Emeticum

Die jovis 29. januarij 1722. disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo M. Ludov. Simon Emmery respondente baccalario jacobo juliano Carrel Constantiensi et erat quaestio talis affirmative conclusa

An ab externis praecipua pestis curatio

Die jovis 5o februarij 1722. disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo M. ~~Eu~~ Guillelmus de Magny respondente baccalaureo joanne Moullin Ebroicensi et erat quaestio talis affirmative conclusa

An adversus morbos ex animi perturbationibus oriundos, aquae ferro minerales

Die Martis 12o februarij 1722 disputavit de quodlibetaria quaestione in ordine suo M. Gabriel Antonius jacques respondente baccalaureo Antonio Cala major Cenomanensi [?] et erat quaestio talis affirmative conclusa

An in morbis curandis medicamentorum incerta quantitas

Sed haec thesis propugnata fuit loco alterius quam proposuerat ipse M. jacques et Decanus obsignaverat cum nihil esset in illa, contra Religionem, mores aut Regiam authoritatem et cuius hic erat titulus

An ex negato veneris usu morbi

affirmative autem concludebatur thesis, verum Doctores nonnulli propter titulum hunc scandalosum adversus thesim insurrexerunt, atque scripserunt hac de re ad Senatus principem, ad Academiae Rectorem, nec non ad Archiatrorum Comitem at

Decanus ne quae ad facultatis disciplinam et doctrinam pertinent ad aliud tribunal venirent — propria sua authoritate motor fluctus compescit statim impediendo ne propugnaretur thesis et ibidem doctoribus omnibus distributa, et aliam suo loco substituit eo ipso die quo prior propugnari debebat, nec permisit ut a quoquam proponeretur alia thesis, quod tamen volebant qui lapidem hunc movebant — .

Quaestiones Cardinalitiae.

Die jovis 26. februarii 1722 de cardinalitia quaestione respondit David Vasse parisinus — praeside Raymundo jacob finot; haec fuit quaestio affirmative conclusa

An frictus sit salutaris

Die jovis 5a martii 1722. de cardinalitia quaestione respondit thomas Renatus gabriel parisinus praeside Philippo Bernardo de Bordegaraye. haec fuit quaestio affirmative conclusa

An praecavendis nephritidi solae aquae.

Die martis 17. martii 1722 de cardinalitia quaestione respondit jacobus julianus Carrel constantiensis praeside M. Ludovico s. Emery — haec fuit quaestio affirmative conclusa

An ubi pestis, ibi sani et aegri solis vegetabilibus alendi —

Die veneris 19. martii 1722 de cardinalitia quaestione respondit Georgius Antonius Caron de Sommeau Bajocensis praeside M. Petro le Tonnelier. haec fuit quaestio affirmative conclusa

An praecavendis morbis convulsivis frugalitas — .

Orationes Publicae.

Die dominica   Novembris 1721. M. joannes Bapt. Mongin medicus regius ordinarius medicum cursum auspicatus est publica oratione in scholis inferioribus tertia pomeridiana —

Die vero   eiusdem mensis M. Benignus jacobus Winslow chirurgiae professor vernaculo idiomate suum cursum auspicatus est in amphitheatro oratione gallica —

Exercitationes Anatomicae et Chirurgicae.

Die   20 xbris 1721. et sequentibus diebus M. Philippus Caron pathologiae professor anatomiam celebravit in virili cadavere, ipsi ministrante Nicolao Collignon filio chirurgo parisiensi —

Die 16ª xbris 1721 M. Claudius
De Lerf Chirurgiae professor de operationibus
Chirurgicis egit, ipsi ministrante in virili
cadavere eodem Nicolao Collignon

Die 24 Martij 1722 et sequentibus
diebus M. Benignus Jacobus Winslow
vernaculo idiomate professor Chirurgiae docuit
Chirurgos gallico sermone docuit operationes
chirurgicas in amphitheatro, usus est manu
dicti jam Nicolaj Collignon Chirurgi Parisiensis — .

Opera galenico chymica —

Die . . Maij et sequentibus
diebus 1722 M. Joannes Nicolaus de la hire
Pharmaciae professor, utriusque Pharmaciae
praecipuas operationes Philiatris docuit in
amphitheatro, ipsi ministrante
Baron pharmacopoeo Parisiensi — .

Obitus Doctorum —

Die 15 xbris 1721 obijt M. Amandus
Douté Exdecanus et Censor, cujus corpus
humj mandatum fuit in Parochia Sancti
Sulpitij, ipsi vero parentatum fuit in Sacello
Scholarum die Sabbati sequenti —

Die 24 Martij 1722 obijt M.
Alexander le François, funesta omnino morte
humj scilicet projectus ab Equo currente subito
occisus est cum domum rediret Ripis
Sequanae e regione sepulcri Collegij
Mazarinaej quasi ardentis ab accensis ignibus
a Legato Regis Hispaniarum propter in
regnum nostrum adventum infantis Hispaniae
Regnj et Regi nostro desponsatae —

Comitia facultatis

Die Lunae 1ª xbris 1721 in Comitijs
ordinarijs dictis Prima mensis habitis
in Scholis Superioribus hora sesqui-decima
matutina exposuit Decanus

1º se in Comitijs habitis mense ultimo
elapso apud amplissimum Rectorem petijsse
ut quot annis deinceps ex aerario universitatis
repromerentur 200. librae pro honorario novj
et Sextj professoris Chirurgiae — de qua quidem
re promisit felices se dicturum in alijs Comitijs
extraordinarijs ad id specialiter indicendis — .

2º de re et honore singulorum ordinum
universitatis actum fuerint Dno Guillaume
procuratorj Nationis Germaniae qui intercedit
ne Dnus Coffin Exrector obtineat Senatus
Consultum quo vices gerens dicatur et constituatur
successor Dnj Pourchot pro munere Syndicj
universitatis ut deliberatum fuerat in uno
universitatis tribunalj anno 1719 cum tunc dictus Coffin
Rector esset et id postulavisset dictus Pourchot
optime se habens et integris tum animi tum

corporis civibus: numquam nihil tale hactenus
tentatum, idque inconsultis ordinibus deliberatum
fuerat, etiamsi aliquid maioris momentj qualis
est hanc rete istae / fierj inconsultis ordinibus
vetant universitatis leges —

Itaque super hac re ultimo decrevit facultas
decano jus dandum esse agendj in hoc negotio quid
quid e re et commodo universitatis erit etab aliis
ordinibus aut universis aut saltem in maiorj
parte agetur et sic conclusit

g. l. Emmerez decanus

quod decretum subsignaverunt postea dnj —
Reneaume et de la Hire —

attamen decanus nihil in hoc negotio ~~praepropera~~
properandum existimans, cum inter se —
dissentirent ordines universitatis hac in re et de
sit valde dubia ageretur, inde rem distulit et
eam voluit adhuc deferre ad facultatem in aliis
comitiis peculiarj articulo ad id indicendis et in
quibus plures adessent doctores, nam paucj —
admodum in his adfuere

Itaque speciali articulo in comitiis habitis
die 30 januarij 1722 propositum fuit iterum
istud negotium —

die jovis 4o xbris 1721 convocata fuit
speciali articulo facultas hora sexquj —
decima matutina ut ad ipsam referret decanus
quo in statu esset res spectans ad honorarium
concedendum ab academia novo et soli nostro
professorj chirurgico —

decanus dixit se in tribunalj mensis
xbris exposuisse amplissimo Rectorj et aliis
singulorum ordinum deputatis saluberrimam
facultatem propter causas gravioris momentj
creavisse de novo sextum professorem quj
chirurgiam idiomate gallico doceret chirurgos,
aequumque sibi viderj ut in aerario academico
depromeretur deinceps singulis annis summa
200 librarum pro honorario istius professoris
ut distribuitur quinque aliis professoribus,
ad quam quidem obtinendam libellum supplicem
in codicis universitatis describendum dedit tunc

Sed etiamsi deputatj omnes satis propensj
viderentur erga saluberrimam facultatem,
tamen nihil super hac re inconsultis suis
ordinibus posse concludj affirmarunt, unde nihil
tunc conclusum

in aliis autem subsequentibus comitiis
mensis scilicet xbris cum juniore facultatis
magistro retulisset quod dnus le Sache quj comitiis
praecedentibus praefuerat ut decanus dolere et
taedio erat per totas adhuc mensem decanatum
consultissimae facultatis gerere, dominus —
fecisset petitionj decanj saluberrimae facult.
alium, in locum dnj le Sache voluit sedere
in tribunalj et decanj munere fungj, dominum
scilicet Bret qui tunc intervenit nomine —

suae facultatis ne quidquam concederetur saluberrimae facultati, nisi prius suae etiam summa 200. librarum concessa fuisset —

Decanus sacrae facultatis nihil de novo fieri consultissimae concedendum censuit, quia non erat ratio propter quam petere deberet; saluberrimae vero facultatis petitionem legitimam laudavit habere, unde libenter honorarium 200. librarum decernere se nomine suae facultatis novo et sexto professori medico, sed tamen cum restrictione quadam et dummodo nihil inde detrimenti — patiantur professores theologi —.

Procuratores nationum Picardiae et Germaniae retulerunt nationes suas ultro annuere petitioni saluberrimae facult.

At procuratores nationum Franciae et Normanniae dixerunt ex pluribus conclusionibus tribunalis vetitum fuisse ne vel aliqua nova pensio, vel concessae jam ulla augmentatio ~~[illegible]~~ deinceps ulli ex ordinibus fieret, nisi nationes suae quod aliarum singulis distribuitur quot annis 1000. librarum honorarium etiam perciperent prius; ideoque nationes suas concedere salub. fac. quod petit, modo ipsis concedatur quod revera ipsis debetur honorarium et quo nudatae fuerunt

Unde Decanus videns quod jam alii ordines concederent honorarium illud 1000. librarum — nationibus Franciae et Normanniae, ipsis etiam favit, sed omnem cautionem adhibuit ne quid inde detrimenti paterentur jura et privilegia facultatis senatus consulto firmata pro pensione 1000. librarum professoribus suis ab academia quot annis solvenda — Sicque obtinuit facultas pro novo et sexto suo professore honorarium — 200. librarum, quae quidem augmentatio 200. librarum facultati juniori denegata fuit ab — omnibus ordinibus, quidquid contra egerit dominus Bres istius facultatis decanus —

honorarium 200. librarum de novo concessum ab academia sexto nostro professori

Notandum autem quod semper in tribunali — juniorum facultas saluberrimae facultati — invidet et adversatur, unde ab ipsa semper cavere debent Decani nostri — Artium vero facultas commodis nostris satis libenter favet —

Die veneris 30. januarii 1722 convocati sunt in scholis superioribus doctores hora sesqui-decima matutina

1o candidatorum examinatores electi —

Deinde de lite mota inter dominos Coffin et Guillaume; de privilegio quodam quod obtentum dicebatur ab universitate pro impressione librorum ad usum scholasticorum universitatis; de quo privilegio conquerebatur amplissimus Rector, quod et Rectori in, ecce quasi injuriosum, et non universitati, sed aliquibus tantum ex universitate utile foret —

tandem de cursis deliberaturi —

super quibus omnibus sic censuit facultas

cursus nullos distribuendos

facultatem non descendere debere in litem motam inter dnos Coffin et Guillaume, unde neutra remansit in hac lite...

Quo ad Privilegium auditis et lectis omnibus quae tum a Rectore, tum ab aliis super hac re dicta, censuit facultas nihil dijudicandum donec sibi delata fuissent, tum privilegium ipsum, tum et omnia propter quae illud obtentum fuit

Sed postea Lambertus Coffin Bibliopola et frater dnj Coffin ex Rectoris cui universitatis dictum privilegium cessum fuerat, illud remisit ad tribunal, sicque de illa re nihil amplius dictum fuit, et quasi res infecta remansit—

Quo ad Examinatores, illos more solito nunc eligendos censuit, et sic conclusit

G. E. Emmery decanus

Itaque Electores more solito ducti sunt

Ex maiori ordine

M. franciscus Afforty

M. Claudius Virgne

M. Saluator Clascard

Ex minori ordine

M. Ludovicus de Santeul

M. Jacob. Philipp. Davier de Breville

Illi quinque denominaverunt

Ex maiori ordine

M. Urbanum Laulhé

M. Antonium Pepin

M. Philippum fontaine

Ex minori ordine

M. Hyacinthum Theodorum Baron

M. Petrum Afforty

M. Ludov. Claudium Bourdelin

Ex his omnibus sorte manu decani ducti sunt Ex maiori ordine

M. Urbanus Laulhé

M. Philippus fontaine

Ex minori vero

M. Petrus Afforty

M. Lud. Claudius Bourdelin

Die veneris 20. februarij 1732. fuit convocata facultas ut audiret dnum Reneaume de la Garanne de codice jam incoepto nec finito—

Exposuit M. Reneaume doctores plures ab aliquot annis a facultate nominatos fuisse qui allaboravent codici perficiendo quasi

et facultatis dignitati responderet et ægris foret
utilis, cujus et Pharmacopœiæ; illum quidem
codicem incæptum ~~incæptum~~ fuisse, nec finitum,
quare postularet ut tunc temporis quo ipse
professor est Pharmaceuticus velit facultas rogare
eos qui jam laborarunt, et alios appellare loco
illorum qui jam non adsunt, aut tempus suum
dare non possunt huic operi, ut opus illud perficiatur
ad ordinis honorem.

Quo audito censuit facultas dictum opus
absolvendum esse, et nominavit MM. Reneaume,
De la Hire et Col de Vilars qui id curarent cum
aliis jam nominatis
et sic conclusit J. E. Emmerez Decanus

Die Sabbati 14 Martij 1722 convocati sunt
Doctores omnes hora decima matutina post
sacrum audituri candidatos supplices qui duo
tantum fuere.

Et die Lunæ sequenti hora post meridiem
secunda, sex viri unus et morbis est fuere
appellati qui illorum testimoniales litteras
examinarent

Die Sabbati 21. Martij 1722 convocati sunt
Doctores omnes in Scholis superioribus hora decima
matutina post sacrum audituri relationem
clarissimorum virorum qui examinandis
prædictis litteris præfecti fuerant.

Sed cum retulerint duobus candidatis tempus
studiorum et artium Magisterij deesse, ita ut
etiam dum studerent ambo Philosophiæ et ab
aliquot tantum mensibus Magisterium in Artibus
Parisijs essent adepti, proindeque illos non posse
ex statutis admitti ad examen, præsertim cum
unus illorum duorum annum ætatis suæ ageret
tantum 16., inde ambo repulsam passi sunt, nec
ad examen admissi à facultate et sic conclusit
J. E. Emmerez Decanus.

Itaque vacua fuere scamna.

Die ~~prima~~ Sabbati 28. Martij 1722.
convocati sunt Doctores hora decima matutina
post sacrum baccalaureos emeritos manu-
missionem petentes audituri.

Die Jovis 9. Aprilis 1722. convocati
sunt doctores omnes in Scholis superioribus
hora sesqui-decima matutina deliberaturi
num admittenda esset permutatio inita inter
Dominum Jollain Rectorem parochialis S.S. Cosmæ
et Damiani et Dominum Le Paige Doctorem
Theologum et Sti Sepulchri Parisijs Canonicum.

Verum hanc mutuam beneficiorum ~~pro~~
permutationem sibi gratam haberi censuit
facultas. Sicque conclusit
J. E. Emmerez
Decanus

Sed quamquam eandem permutationem ~~[illegible]~~ admiserint etiam alij omnes academiae ordines excepta jurium facultate ad quam recurrebant nominandi vices, haec tamen permutatio multo-quodam fato ~~[illegible]~~ locum non habuit nolente Rege, quia Dnus de Zaigne contra constitutionem unigenitus bis appellavisse fuit accusatus

In illis comitijs 9 aprilis m.m. Abbot et de Bordegaraye petiere a facultate ut pro praesentibus haberentur quamquam absentes et migrarent ad insulas, quia id nomine et jussu Regis faciebant.

Quod annuit facultas ipsis quae omnia jura servanda censuit unde sic conclusit

J. E. Emmery decanus

Illud etiam concessum fuit in alijs comitijs m.m. Pipin et de Dran propter eandem causam

In ijsdem comitijs 9 aprilis dictus famul minor scholarum apparitor et chirurgus petijt a facultate ut vellet ipsi concedere aliquod absentiae tempus ut tentaret num ipsi in insulis faveret magis fortuna quam hic Parisijs

facultas sex ipsi concessit menses atque summam 200. librarum pro itineris impensis et sic conclusit

J. E. Emmery decanus

qui dicto famulo praedictam summam 200 librarum numeravit ut patet in eius accepti latione

At cum post sex menses non rediisset, alium in ejus locum nominavit apparitorem, sed permisit mulieri famuli ut maneret adhuc in domo facultatis per sex alios menses scilicet usque ad Pascha

Die veneris 5o junij 1722. convocati sunt doctores omnes in scholis superioribus hora sesqui-decima matutina deliberaturi num alia permutatio facta inter Dnum Godiau et Dnum Gauthier doctorem theologum pro curionatu ecclesiae SS. Cosmae et Damiani admittenda esset vel non

deliberaturi praeterea num doctoribus qui a biennio interfuere et deinceps interfuerunt funeribus M.M. fato functorum dandum sit honorarium quod a pluribus annis non fuerat datum, et tamen debatur antea

Super his censuit facultas

Rem omnem quae pertinet et pertinebit ad permutationem curionatus SS. Cosmae et Damiani remittendam esse deinceps ad facult. consultissimam quia ad hanc recurrit jam jus nominandi, sed ea conditione ut sive admiserit permutationem, sive aliquis alius loco M. Gauthier ad dictum curionatum nominatus fuerit (quocumque modo illud fuerit factum) velit consultissima facultas vices suas tunc esse completas —

dt Consultissima facultas permutationem non admisit, et integro suo jure esse voluit, nihilominus amplius hac in re, sed vices gerens ab ordinario nominatus fuit qui Curionatum praedictum gerat loco M. Godvaer —

Quo ad honorarium censuit facultas doctoribus qui pro decanatum mecum interfuerint et aliis qui deinceps interverunt funeribus M.M. fato functorum distribuendam esse summam unius singulis librae cum decem assibus loco calculi argentii pro honorario ut semper fieri solitum erat siquidem usque dum argenteus calculus eundem fuerit pretii vel circum circa quo tunc tempore calculus dabitur et non amplius pecunias — et sic super his duobus conclusit G. E. Emmens decanus

qui ipse quibus tunc modi honoraria debebantur solvit partim pecunia, partim calculis suis prout singulis plus vel minus debebatur a facultate —

Restitutum honorarium iis qui funebribus pompis M.M. fato functorum derunt

Die veneris 12° junii 1722 convocati fuerunt doctores omnes in scholas superiores hora septima matutina deliberaturi super conclusione facta ab amplissimo Rectore in ultimo tribunali et quod petebat ut singuli ordines consulerentur super tribus quae sequuntur

1° Utrum deinceps ad beneficia patronatus academiae nominandi vices instituti debeant — majorum scilicet (qui tres sunt curionatus) et minorum (quae sunt capellaniae omnes)

2° ad quem ordinem spectabunt primae nominandi vices tum ad majora tum ad minora —

3° ad quem recurrent tum demissiones simplices, tum permutationes aut resignationes in favorem si quae fiant in posterum

Super his tribus censuit facultas nunc nullo vacante beneficio omnino silendum esse — et sic conclusit G. E. Emmens decanus

Quam quidem facultatis conclusionem ipse sequenti academiae tribunali, scribae eiusdem universitatis dedit decanus, ut de hac mentio fieret in registris seu commentariis universitatis

Quid autem super his tribus conclusum fuerit in tribunali a Rectore legitur infra in articulo de rebus in academia gestis

Die lunae 15° junii 1722 et diebus sequentibus eiusdem septimanae convocati sunt doctores omnes in scholas superiores interrogaturi solita hora Emeritos baccalaureos de praxi medica

Die Sabbati 20. junii 1722 convocati sunt ... doctores super de baccalaureorum istorum responsionibus judicium per scrutinium laturi nec non de jure rotuli deliberaturi

Tumque facultas admisit ad licentiae gradum omnes emeritos baccalaureos qui adverant et de jure rotuli censuit servanda statuta, sicque conclusit G. E. Emmens decanus.

Die Lunae 29. junij 1722 Sacro Diuis Petro et Paulo Conuocati sunt Doctores hora post meridiem tertia in extraordinariam Aulam Emin. Cardinal. Archiepiscopi parisiensis Comitatum praebituri Decano Baccalau. Emeritos offerenti Meritissimo Ecclesiae et Univers. Cancellario –

Die Dominico 12° julij 1722. Conuocati sunt Doctores omnes in Scholas inferiores hora post meridiem tertia publicis Paranymphi actionibus interfuturi –

Die Mercurij 15° julij 1722 Conuocati sunt Doctores omnes in Scholas Superiores hora post Meridiem tertia Bursarum partitionem definituri –

Die Veneris 28° augusti 1722 Conuocati sunt Doctores omnes in Scholas Superiores hora sesqui-decima matutina sorte ducturi seu Doctores pro more qui praeficerentur examinandis rationibus prioris ann. nostri Decanatus

Die Lunae 31° augusti 1722 Conuocati sunt Doctores omnes in Scholas Superiores hora post meridiem tertia rationes illas audituri;

Die 3° augusti 1722. Conuocata fuit facult. in Scholas Superiores hora decima matutina deliberatura de re ad duarum nouarum Universitatum Erectionem pertinente –

Dijon et Pau Auditis quae super hac re Scripta fuerant ab amplissimo Rectore Censuit facultas jus dandum esse d. Rectori agendi in hoc Negotio quidquid necessum fuerit, ut, si possibile, istaec Erectio impediatur, sed Eam tantiom et identidem referatur et ad Decanum et ad facult. quid actum fuerit – et sic Conclusit

G. E. Mmeret Decanus

Die Mercurij 30. 7bris 1722. Conuocati sunt Doctores omnes in Scholas Superiores hora sesqui Decima matutina audituri M. Mathaeum Thuillier Antiquiorem Scholae Magistrum

Qui dixit non ferendum esse, et per biennium silerent Scamna nostra et vacua essent, idque multis rationibus

Quibus auditis Censuit facultas de nouo admittendos et audiendos duos Candidatos qui repulsam passi fuerant ob id tantum quod ipsis mense Martio defuerit Studiorum tempus aliquod et sic Conclusit

G. E. Mmeret Decanus

Quare statim illi duo et tertius alter eorum illas litteras hexad testimoniales dederunt Magistris qui jam antea Nominati fuerant ad illas Examinandas

Die Sabbati 3° 8bris 1722 Conuocati sunt Doctores in Scholas Superiores hora sesqui-decima matutina post sacrum audituri Clarissimorum virorum relationem, atque tunc fuit deliberatum futurum Examen die lunae 5° eiusdem mensis et sequentib.' eiusdem Septimanae Diebus hora tertia pomeridiana nullis affixis programmatis – et sic Conclusit

G. E. Mmeret Decanus

Die Sabbati 10a 8bris 1722 convocati sunt Doctores omnes in Scholis superioribus horâ nonâ matutinâ, Candidatos de aphorismis respondentes, et clarissimorum Examinatorum relationem audituri, nec non suum super ea judicium illico daturi per scrutinium

Scrutinio verò tres Candidati ad principium admissi sunt, quod dixerunt statim; ubi autem [illegible] dixerunt illis statim junxit se dictus Le Thieullier qui à biennio principium suum dixerat, nec voluerat ultra sequi Licentiam itaque jam sunt quatuor in scamnis baccalaureis —

Die Sabbati 17a 8bris 1722 convocati sunt Doctores omnes in Scholis superioribus horâ post meridiem tertiâ audituri M. Joannem Nicolaum de la Hire Pharmaciae professorem de Codice novo, cui operam suam dederat et super illius postulatione deliberaturi

Sed quia minus bene intellecta fuit à pluribus illorum qui aderant (pauci autem aderant) inde satis confuse deliberatum fuit, nec quidquam concludere voluit Decanus —

Die Lunae 19. 8bris 1722 quae postridie erat divi Lucae habita sunt pro more Comitia quibus non adhuc adstiterunt seu (ut debent tamen) ~~chirur~~ barbitonsorum chirurgorum praepositi cum Iarij Regis chirurgi vicario obsequium suum facultati reddituri, quamquam per schedulam ad id vocati fuissent antea à magno facultatis apparitore

At adstiterunt se Pharmacopolae Regii qui sunt sub custodia magni praepositi —

In illis autem Comitiis quibus frequentes erant Magistri, plures petierunt à Decano ut iterum mitteret adhuc in deliberationem rem quae pertinet ad Novum Codicem et quae in duobus aliis Comitiis minus bene intellecta dijudicari non poterat, — addiderunt et quod trina deliberatione ad rem ejusmodi majoris momenti opus erat, quae quidem trina deliberatio in praesentibus comitiis quae annua sunt et solemniora recte omnino et ex statutis facienda

Itaque Decanus libenter hanc rem pro tertia vice misit in deliberationem ubi M.M. de la Hire et Reneaume de la Garanne atque alij clarissimi viri qui cum dictis duobus Pharmaciae professoribus huic Codici novo conficiendo operam suam dederunt exposuere facultati

1o. illud opus pene jam absolutum, cum nihil de Galenica Pharmacia supersit, pauca verò de chymica —

2o. quidquid ab ipsis factum, datum fuisse Pharmacopoeis peritissimis ad id ab universo suo ordine nominatis, ut experirentur num haec omnia, ut dictis est, confici et praeparari possint

quae quidem omnia foeliciter successisse retulerunt

3°. ubi quod reliquum ~~et~~ intra brevissimum tempus confectum fuerit, illud etiam se ijsdem Pharmacopoeis daturos experiendum

4°. petere se ut istud opus quod in honorem facultatis cedet et aegrorum utilitatem prelo committatur statim atque completum et absolutu fuerit omnibus ante factis faciendis et adhibitis cautionibus necessarijs

Quibus auditis censuit facultas

1°. Rogandos Magistros qui huic Codici allaborarunt velint inchoatum opus perficere

Codex novus tandem conclusus

2°. omnia quae ab ipsis praescribuntur danda esse Pharmacopoeis peritissimis ad id nominatis praeparanda et conficienda, ut jam actum fuit.

3°. Eorum quae jam absoluta sunt ~~experta~~ omnipoet experta quinque exemplaria esse sine ulla mora manu perita describenda quorum unius exemplaris paginae singulae subsignentur ab unoquoq; Magistrorum qui huic operi laborarunt, ut postea addantur etiam alia quae supersunt perficienda, statim atq perfecta fuerint

4°. ut exemplar illud cuius singulae paginae subsignatae in arca facultatis cuius clavis est in manibus Decani asservetur, ut ad illud tanquam ad legem et normam aliorum recurratur si unquam opus sit

5°. alia 4or exemplaria in superioribus scholis esse exponenda per unius mensis spatium a die quo primum exposita fuerint, ut per illum mensem quisque Doctor, si voluerit, legat et relegat omnes compositiones quas suo syngrapho subsignabit, si approbaverit, aut si quid in ijs minus bene visum fuerit illud in papyro peculiari annotet

6°. ut Decanus post mensem convocet facultatem ut si quid dubium, vel minus bene visum fuerit alicui, illud disputiatur illico, statuatur quo eo tempore quod melius erit et a majori numero probatum

7°. cautiones omnes necessarias adhibendas esse per dictum mensem, ut statim illo elapso codex ille novus prelo committatur sub cuius fine describantur nomina et cognomina magistrorum actu tunc regentium, ut et etiam Pharmacopoeorum actu tunc viventium — Praeterea in huius operis calce conscribatur syngrapha qua Pharmacopoeorum praefecti se omnes huius codicis medicamentorum formas ex facultatis praescripto experimentis suis foeliciter tentasse testentur —

8°. decretum istud esse Pharmacopoeis ~~per majorem Bedellum~~ per majorem apparitorem denunciandum Et sic conclusit

G. C. Brunet
Decanus

~~Qui~~ Qui Rouvre decretum denunciari curavit —

In istis comitijs pro minore apparitore in locum Fauvel nominatus fuit Le gris filius

Die Lunae 26. 8bris 1722 et sequentibus ejusdem septimanae diebus Martis, Jovis et Veneris ab hora post meridiem tertia ad quintam interrogati fuere baccalaurei de omni materia medica —

Die Sabbati 31. 8bris 1722 convocati sunt doctores omnes in scholas superiores hora decima matutina post sacrum audituri M. Reneaume de la Garanne de Examine Chirurgico —

Petijt vir ill. clariss. ut deinceps baccalaurei, incipiendo ab ijs qui nunc sedent in subsellijs, tenerentur post licentiae suae decursum, tempore et diebus à Dno Decano ipsis dicendis, tentari Examine Chirurgico quod quidem probatorium foret, ut fit ~~[illegible]~~ cum de Materia medica Examinantur

Petijt praeterea ut quisque baccalaureus unam thesim proponeret et haberet de rebus Chirurgicis

Facultas decrevit Examen Chirurgicum esse instituendum ut proposuit M. Reneaume pro tertia vice — Nam bis jam illud propositum fuerat — Examen chirurgicum de novo institutum

Quoad thesim remisit rem ad alia Comitia et sic conclusit

J. E. Emmerez Decanus

In istis Comitijs probatae sunt responsiones baccalaureorum de materia medica —

Die Jovis 5a 9bris convocati sunt doctores in scholas superiores hora sesqui-decima matutina audituri M. Lud. Joannem le Thieullier baccalaureum tum suo, ~~et~~ tum et commilitonum suorum nomine

Petijt ut liceret deinceps alicui e baccalaurejs è minori cathedra legere seu docere, et etiam in amphitheatro anatomiam docere ut ~~[illegible]~~ ~~fieri~~ olim solebat

At placuit facultati nihil tunc super hac re decernere, sed illam remittere ad Dnum Decanum et ad alia Comitia

In istis Comitijs confirmavit adhuc facultas prius suum decretum de Examine Chirurgico, nam res adhuc proposita fuerat à Decano qui sic conclusit.

J. E. Emmerez
Decanus

Decanatus nostri tempore tres factae sunt deputationes quamquam nulla habitae fuerint Comitia ad illas decernendas, sed eas existimavimus illas utiles et etiam ad ordinis honorem adesse posse, inde necessarias judicavimus et revera fecimus

Prima facta fuit ad illustrissimum Senatus Principem paulo postquam ad decani munus fuimus electi. facta est autem tum ut illustriss. viro redderentur gratiae de Senatus Consulto quo servata sunt statuta, tum ut ipsius erga facult. benevolentiam de novo conciliaremus, quam quidem è nostris aliqui maledictis suis avertere volebant quare sic decanus cum doctoribus pluribus comitatus

sunt Senatus Principem allocutus est

Monseigneur

La faculté vient vous marquer avec respect sa reconnoissance pour l'arresté que vous avez rendu en sa faveur ces derniers jours qui maintient les statuts dans toute leur force, maintient par une suite nécessaire la discipline de ses Ecoles dont elle a toujours esté tres jalouse et qui dépend uniquement de l'exacte et rigoureuse observation des dits statuts. La faculté m'a encore chargé Mgr de vous marquer aussi qu'elle fut tres sensiblement touchée quand par la lecture de la lettre dont Mr de Farcy estoit chargé elle sentit que par un faux exposé on avoit surpris votre religion et abusé de l'honneur de votre confiance pour vous indisposer contre elle, n'y ayant eu aucun bruit, ny tumulte dans l'acte du Lundy comme on vous avoit rapporté. La preuve en est certaine Mgr puisque le président de l'acte qui est homme vray, judicieux et y présent ne s'en est point apperçeu. Permettez donc Mgr que la faculté vous demande comme une grace speciale de suspendre votre jugement sur les rapports qu'on pouvoit vous faire dans la suite jusques à ce que votre Grandeur en soit instruite d'ailleurs. Je présume pourtant que dorésnavant tout se passera chez nous avec paix et tranquilité, j'y contribueray de ma part de tout mon pouvoir esperant que par la nous meriterons pour la suite la continuation des bontez et de la protection dont vous nous avez honoré et à laquelle nous aurons toujours recours et même avec confiance quand il s'agira de deffendre et soutenir ses droits ses concordats, ses prérogatives, l'honneur enfin la dignité et les statuts de la faculté qui attend tout Mgr de votre justice —

Humanissimis verbis decanum excepit Senat. Princeps suamque benevolentiam promisit —

Secunda deputatio facta est ad illustriss. Regiorum Sigillorum Custodem Dnum d'Armenonville tum ut ipsi gratularetur facultas, tum ut peteret, vellet etiam favere pro suorum privilegiorum renovatione quam doctores plures ardenter petebant

Quare decanus aliis doctoribus comitatus adiuit illustrissimum virum et his verbis allocutus est

Monseigneur

Le Roy vient de vous placer à un des premiers rangs et des plus eminents de son royaume persuadé qu'il est que d'élever un grand homme à une grande dignité c'est d'un seul coup et lay-

reconnoistre et recompenser toutes les vertus. Ce choix qui vous donne toute la confiance du Roy estant fait de l'avis d'un Prince qui ne se trompe jamais dans ses discernements prouve que quand on est assez heureux de pouvoir consacrer mille talens naturels et acquis au service de son Roy, à l'honneur de la patrie, au bien public la gloire suit de prés le mérite. La faculté sensible à vôtre élévation n'a pu se contenter d'estre venue vous en marquer sa joye avec l'Université dont elle fait partie, elle a voulu encore se présenter par elle même comptant sur cette bonté, cette affabilité qui vous fait recevoir dans un accueil favorable ceux qui se présentent devant vôtre grandeur. Ce sont ces qualités qui vous sont si propres et vous distinguent si fort qui l'enhardissent encore à vous demander l'honneur de vôtre protection pour toutes les occasions qui se pourront présenter, mais sur tout pour le renouvellement de ses privilèges, vous promettant de sa part une reconnoissance egalement sincère et respectueuse —

Humanissimis verbis respondit Decano vir illustrissimus dixitque nihil ipsi magis esse cordi quam ut aliquid + in commodum et honorem facultatis possit facere

+ Sicque sperandum fore et sese promissis vir illust. ubi Rex attigerit majoritatem suam quae jã imminet et quam cupit ter nobis satius esse mihi dictum fuit —

Tertia deputatio facta est ad Eminentissimum Cardinalem Regis et Regni Iarium ministrum

Facta est autem ut ipsi dignitatem suam gratularetur facultas, et sibi ipsius favorem conciliaret

At eundem erat Versaliis, quod iter cum non posset tunc suscipere decanus, rogavit M. S. Emery vellet ipsius partes agere hac vice et oratorem esse apud Eminent. Card. quas partes cum suscepisset M. S. Emery secum duxit Mm. Gely. Herment et Sylva qui quidem omnes ut non quaestus sed honoris tantum causa et ut suum erga facult. amorem et zelum probarent provinciam hanc accepisse innotesceret, honorarium neglexerunt quod nec habuerunt nec petierunt

Quare tres hae deputationes nullis facultatis impensis factae sunt

G. E. Emmerez
Decanus

Res gestae in Academia

Die Sabbati 8a 9bris 1721. habita sunt comitia ordinaria deputatorum Universitatis in Collegio Mazarinaeo

In his petii ut haberetur ratio libelli supplicis à me antea oblati pro pensione novi nostri et sexti professoris

Praeterea monachi Martinienses conquesti sunt de illata sibi injuria à Patribus Augustiniensibus qui impedierunt ne cantarent cum haberentur supplicationes Universitatis apud dictos Augustinienses pro restituta Regis valetudine —

In iisdem Comitiis conquestus est adhuc Amplis. Rector quod Dnus Coffin subreptam obtulisset Procuratori Catholico libellum supplicem ut Homologationem obtineret Conclusionis quâ viceversa decernebatur Dni Pourchot pro Syndicatu universitatis —

Die Sabbati 6º xbris 1721. habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis in Collegio Mazarinaeo —

In his auditi sunt supplices multi pro jure Nominationis

Praeterea conclusum fuit quod nihil non ageretur ut quam homologationem petebat Dnus Coffin non obtineret, unde lis mota quae adhuc sub judice — A

A sed dum litigaretur venit a Rege littera quâ vulgo dit Cachet quâ jussum fuit ut et conclusio tribunalis et nomen Dni Coffin supra haec a commentariis universitatis deleretur. Sicque Dnus Coffin cecidit causâ suâ quia inconsultis ordinibus erat facta

In iisdem Comitiis obtinuit tandem Saluberrima facultas pensionem 200. librarum pro novo et sexto suo professore idque conclusione Dni Rectoris cujus exemplar dedit cuique Sylvestri ordinum aut Decano aut procuratori et quod Dno Decano remissi ut in Area facultatis servetur, ita ad id si unquam opus fuerit recurratur —

Nova pensio concessa 6º nostro professori

Die Mercurii 10. xbris 1721. Celebratae sunt Supplicationes academicae in aede Sti Stephani ab Egressu —

Die Sabbati 20. xbris 1721. habita sunt Comitia Extraordinaria Deputatorum universitatis in Coll. Mazarinaeo. De pecunia Clericis lari ad Emptorem domus Censualis academiae persolvenda —

Die Sabbati 10. januarii 1722 habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis in Mazarinaeo — in his nihil nisi supplices

Die Sabbati 31. januarii 1722. Decanus cum adjuncto et ut dicit ornatus Comitatus est Amp. Rectorem Regi et aliis Cereos offerentem.

Die Sabbati 7º februarii 1722. habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis in Collegio Mazarinaeo — Supplices multi —

Die Sabbati 21º februarii 1722. Decanus cum adjuncto vocatus fuit a Rectore in Mazar. ad audiendas Rationes a generali universitatis Quaestore reddendas —.

Die Martis 24. februarii 1722 vocatus est Decanus a Rectore apud Mathurinenses horâ ipsâ septimâ matutinâ ad aperiendum de more Rotulum

Die Mercurii 4º martii 1722. habita sunt Extraordinaria Comitia Deputatorum universitatis ad Excipiendum audiendumque Summum Caeremoniarum praefectum Christianissimi Regis epistolam allaturum —

Die Sabbati 7º martii 1722. habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis in Mazarinaeo —

Haec citò soluta sunt ut Rector cum singulorum ordinum praesidibus et adjunctis suis procederet ad salutandam augustissimam Regis Catholici filiam ut epistolâ suâ superius latâ jusserat Rex Christianissimus.

Die Veneris 20. Martij 1722. celebratae sunt Academiae Supplicationes in aede Sti Andreae ab arcubus

In his ~~[struck]~~ Supplicationibus Doctores trium Superiorum facultatum non comitati sunt Rectorem, quia Magistri in Artibus vestem rubram induerant A in decreti Dati à viris clarissimis qui dicuntur vulgò du Parquet, cui quidem decreto obtemperare recusantes praedicti Doctores, Libellum Supplicem Regi in Concilio sedenti obtulerunt, et obtinuerunt à Rege ut nihil in hujusmodi Supplicationibus innovaretur, donec rem istam judicaverit ipse — A

A et hac ornati post baccalaureos omnes procedere volebant juxta vi decreti &c —

A sed tandem ~~[struck]~~ magistri in artibus obtinuerunt à Rege quod petebant —

Die Lunae 23. Martij 1722. habita Extraordinaria Comitia Deputatorum Universitatis de obventione quadam censuali, de qua jam actum fuerat prius

Et Conclusum fuit nihil minuendum Emptori de denarijs propter Emptionem ~~[struck]~~ Universitati debito —

Die Sabbati 11º Aprilis 1722. habita sunt Ordinaria Comitia Deputatorum Universitatis in Mazarinaeo —

In his Supplicantes multi

Praeterea agitata fuit res pertinens ad permutationem Curionatus SS. Cosmae et Damiani cum Canonicatu Sti Sepulchri Parisijs —

Die Lunae 27º Aprilis 1722. Decanus cum alijs singulorum ordinum praesidibus praebuit comitatum Rectori illustrissimum Aerarij Praefectum Salutaturo —

Die Sabbati 2º Maij 1722. habita sunt Ordinaria Comitia Deputatorum Universitatis in Mazarinaeo —

Die Sabbati 6º junij 1722. habita sunt Ordinaria Comitia Deputatorum Universitatis in Mazarinaeo —

In his acta est adhuc res ad Curionatum praedictum pertinens, quae quidem res sic modò, aliàs aliter agitata et tractata fuit, ac tandem nihil in hac definitum, sed pro Curionatu isto gerendo vices gerens nominatus fuit ab Ordinario — A

A quia juristarum facultas quae erat in turno permutationis admittere noluit

In his praeterea propositus fuit duplex turnus pro nominatione beneficiorum patronatus academici, unus majorum trium scilicet Curionatuum, alter minorum, scilicet Capellaniarum — qui turnus duplex ubi plurimis propositus et discussus, conclusus tandem A fuit ab alijs ordinibus omnibus excepto Saluberrimo ordine cujus Decanus nec assentijt, nec ullo instrumento sese opposuit, sed dixit tantum hac in re silere nunc Saluberrimam facultatem, nullo vacante beneficio, illamque loquuturam tempore et loco prout ipsi tunc visum fuerit — A

prima autem nominatio ad magna beneficia juris facultati quae erat in turno

ad minora vero sacrae facultati concessa fuit

At demissiones, resignationes ad ordinem qui fuerit in turno remissae —

De duplici turno et alijs ad hunc pertinentibus ~~[struck]~~ in Comitijs facultatis supra dictum fuit

A idque sic actum fuit ut si minus beneficium vacaverit ante magnum possit Saluberrima facultas ad magnum nominare cogendo juris facult. nominare ad minus quod vacaverit

Die Lunae 22. junij 1722. Celebratae sunt Supplicationes academicae in aede Sti Severini —

In his non adfuerunt adhuc trium facultatum Superiorum Doctores, quia vestem rubram induerunt Magistri in Artibus, cum nondum adhuc obtentum ~~[struck]~~ nec denunciatum decretum Regij Concilij de quo supra — sed Decani et Doctores convenerant tamen apud Mathurinenses in peristilium seu Exedram ut vulgò fit ante Supplicationes

Die Sabbati 4º julij 1722. habita sunt ordinaria Comitia Deputatorum Universitatis in Mazarinaeo —

Die Sabbati 18º habita sunt horâ 9. matutinâ Extraordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, Et in his d. Rector retulit quod proponebatur Erectio nova duarum A Universitatum; Conclusumque fuit nihil non moliendum ut haec praepediretur, si fieri possit sed quidquid egerit Universitas non idoneam quod petibat,

A Dijon et Pau

sed partem tantum obtinuit, ut cuique notum —

Die veneris 7º augusti 1722 habita sunt hora 9. matutina Extraordinaria deputatorum Universitatis Comitia de praedicta duarum Universitatum Erectione —

Die 19. augusti 1722. habita sunt adhuc de Eadem re Extraordinaria Universitatis deputatorum cum adjunctis Comitia — Et in his Conclusum quod Rector Versalias iret cum aliquibus e deputatis quoties res illuc Exigeret,

Die Sabbati 29. augusti 1722. habita sunt adhuc in Mazarinaeo. Extraordinaria deputatorum Universitatis comitia Eadem de Causa —

Die Martis 6º 8bris 1722. habita sunt ordinaria — Comitia deputatorum Universitatis in Mazarinaeo —

Die jovis 8º 8bris 1722. Supplicationis academicae Celebratae sunt in aede Sti Jacobi apud Dominicanos —

jis adfuere Doctores trium Superior. facultatum, quia tum arrestum Regij Concilij Magistris in Artibus fuerat ~~[illegible]~~ denunciatum, cujus vi vestem rubram deposuerant isti — Magistri —

G. E. Emmerez decanus —

Res gestae apud Chirurgos

Die Sabbati 10. januarij 1722 Duplessis admissus fuit ad peritiam Extrahendorum dentium

Die Mercurij 28º januarij 1722 ultimo Examine tentatus fuit coram decano et duobus doctoribus — dictus Bayot

Die Lunae 23º januarij 1722 Jardin — ultimum Examen subijt coram decano et duobus doctoribus —

Die veneris 27º februarij 1722 Taillard in ultimo Examine respondit coram decano et duobus doctoribus

Die Lunae 2º Martij 1722 Dufort ultimum Examen subiit coram decano et duob. doctorib.

Die Mercurij 4º martij Meunier ultimo Examine tentatus est coram decano et duobus doctoribus —

Die Sabbati 7º Martij 1722. Taumier ultimum Examen subijt coram decano et duob. doctoribus —

Die Mercurij 11º Martij 1722. Desprez in ultimo Examine respondit coram decano et duobus doctoribus —

Die Sabbati 14º Martij 1722 Senot — ultimum Examen subijt coram decano et duobus doctoribus —

Die veneris 20. Martij 1722. Bayot inter chirurgos Sancosmanianos Cooptatus fuit coram decano et duobus doctoribus.

Die Lunae 23º Martij 1722 Jardin inter Chirurgorum numero recensitus est coram decano et duobus doctoribus

Die martis 31. Martij 1722 Taillard magisterium in ~~[illegible]~~ chirurgia adeptus est coram decano et duobus doctoribus —

Die Sabbati 4º aprilis 1722 Dufort in Societatem Chirurgorum parisiensium cooptatus fuit coram decano et duobus doctoribus —

Die Mercurij 8º aprilis 1722 Maunier Chirurgus parisiensis nomen adeptus est coram decano et duobus Doctoribus

Die Veneris 10. aprilis 1722 Cauvenier — Magisterium in Chirurgia adeptus est coram decano et duobus Doctoribus —

Die Sabbati 11º aprilis 1722 Despry inter parisienses chirurgos recensitus est coram decano et duobus Doctoribus —

Die Lunæ 13º aprilis 1722 Sinot inter san-Cosmanianos Chirurgos cooptatus fuit coram decano et duobus Doctoribus —

Die ~~[illegible]~~ Sabbati 2º Maij 1722 ~~le Conte de Ormoy~~ La Richardiere inter Chirurgos ~~[illegible]~~ aggregationis sola universitatis ~~[illegible]~~ fuit coram decano et duobus Doctoribus —

Die ~~[illegible]~~ Veneris 26º junij 1722 ~~[illegible]~~ du Val — ~~[illegible]~~ tentativam suam Examen subijt coram decano et duobus Doctoribus

Die Sabbati 27º junij 1722 Lamblot ultimum Examen subijt coram decano et duobus Doctoribus

Die Sabbati 18º julij 1722 Lamblot Chirurgus parisiensis vocatus est coram decano et duobus Doctoribus —

Die Martis 28º julij 1722 Le Conte de Ormoy Chirurgia in tentativa sua interrogatus fuit coram decano et duobus Doctoribus

Die Mercurij 5º augusti 1722 Du Val primum suum Examen subijt coram decano et duobus Doctoribus —

Die Mercurij 19º augusti 1722 Le Conte tam suum primum Examen subijt coram decano et duobus Doctoribus

Die Lunæ 12º 8bris 1722 Loustault solâ aggregatione inter Chirurgos parisienses adscriptus fuit

obstetrices

Die Lunæ 17. 9bris 1721 dicta Loir —
Die Martis 20. januarij 1722 dicta Besnard
Die jovis 22. januarij 1722 dicta Le Conte
Die jovis 26. februarij 1722 dicta Reynault
Die Lunæ 23. Martij 1722 dicta Durand
Die jovis 16. aprilis 1722 dicta Craquet
Die Lunæ 20. aprilis 1722 dicta Le Tre —
Die Sabbati 9º Maij 1722 dicta Rauinet
Die Sabbati 23. maij 1722 dicta Bouquet
Die Lunæ 15. junij 1722 dicta De Roche
Die jovis 6. augusti 1722 dicta Descrochers
Die jovis 3. 7bris 1722 dicta Forest
Die jovis 10. 7bris 1722 dicta Le Mar —
Die jovis 17. 7bris 1722 dicta Fleury —

Renunciatæ sunt probante facultatis decano

J. E. Emmerez
Decanus

Res gestæ apud Pharmacopœos parisienses —

Hoc anno 1722 tres in Pharmacia Candidati qui annis præteritis actus suos inceperant et in iis — probati fuerant scilicet dicti Laban, Santerre, Morel completis aliis actibus qui supererant, tandem à Pharmaciæ professoribus, præsentibus hujus artis custodibus ducti ad urbanæ politiæ præpositorum ut renunciarentur pharmacopœi parisienses præstito prius sacramento — solito —.

Duo vero actus filii scilicet
actus moderatore — Geoffroy et jacobus Stephanus Morin moderatore Lud. Petro jaullin fuere ambo — mense 8bris interrogati primò de universa — Pharmacia, et specimina postea exposuere atque eorum compositionem, tandemque tabellam confecerunt quo facto antiquior Pharmaciæ professor M. — joann. Lud. de la Hire illos seorsim et diebus ab — urbanæ politiæ præpositore Domino Daryentony indicatis duxit ad ipsum ut solito sacramento — adstringerentur præsentibus altero professore — atque etiam Pharmaciæ custodibus —

Eodem anno et solito tempore decanus, professores Pharmaciæ et adjuncti doctores, Pharmacopœorum custodibus stipati hujus urbis Pharmacopœorum officinas omnes per tres dies sedulò lustraverunt

Sequenti verò septimanâ facta fuit etiam per tres dies lustratio aromatopoliorum, à decano, Pharmaciæ professoribus et adjunctis cum custodibus aromatariorum —.

J. E. Emmerez
decanus

Hae rationes redditae ... die Lunae 15a februarij ann. 1723.

Tabula accepti Ordinarij et Extraordinarij

Caput Primum

Accepti ordinarij Ex annuo Reditu facultatis

á vidua Pepin pro annua locatione majorum facultatis aedium cadente in diem ultimum 7bris 1722 decanus accepit
Summam trecentarum quinquaginta librarum — 350lt

á dicta vidua pro semi anno locationis minorum facultatis aedium cadente in diem ultimum martij anni 1722 accepit decanus
Summam centum et viginti librarum — 120lt

ab urbis quaestore pro sex primis mensibus anni 1722 annui proventus facultati debiti ex contractu quatuordecim mille libellarum cujus denarium solidum tantum est de 40 accepit decanus
Summam centum septuaginta quinque libellarum — 175lt

ab eodem quaestore pro sex primis mensibus anni 1722 annui proventus facultati debiti ex alio minori contractu accepit decanus
Summam viginti septem librarum cum decem assibus — 27lt 10s

Caput Secundum

accepti á Baccalaureis in quaestionibus quodlibetarijs pro stipendijs lectorum et Registro

á M. thoma Renato	Galnier	4lt 10s
á M. andrea josepho	Seron	4lt 10s
á M. David	Vasse	4lt 10s
á M. Nicolao	Le Roy	4lt 10s
á M. georgio antonio —	Caron	4lt 10s
á M. Jacobo juliano —	Carrel	4lt 10s
á M. joanne	Moullin	4lt 10s
á M. antonio	Cala major	4lt 10s

Caput tertium

accepti á Baccalaureis in quaestionibus quodlibetarijs Pro horto

á M. thoma Renato	Galnier	3lt 4s
á M. andrea josepho	Seron	3lt 4s
á M. David	Vasse	3lt 4s
á M. Nicolao	Le Roy	3lt 4s
á M. georgio antonio —	Caron	3lt 4s
á M. Jacobo juliano —	Carrel	3lt 4s
á M. joanne	Moullin.	3lt 4s
á M. antonio	Cala major	3lt 4s

Summa istius paginae est de sept cens trente quatre livres deux sols

Caput Quartum
accepti à Baccalaureis in Quaestionib. Quodlibetarijs Pro Schedulis, Anatome, Et Non Registratis

à M. Thoma Renato	Gasnier	16#
à M. Andraea Josepho	Seron	16#
à M. David	Valle	16#
à M. Nicolao	Le Roy	16#
à M. Georgio Antonio	Taron	16#
à M. Jacobo Juliano	Carrel	16#
à M. Joanne	Moullin	16#
à M. Antonio	Cala Major	16#

Caput Quintum
accepti à Baccalaureis in questionib. Cardinalitijs Pro Stipendiis Lectorum, Et Horto

à M. David	Valle	10#
à M. Thoma Renato	Gasnier	10#
à M. Jacobo Juliano	Carrel	10#
à M. Georgio Antonio	Taron	10#

Caput Sextum
accepti à Baccalaureis in Quaestionibus Cardinalitijs Pro Rebus Academicis

à M. David	Valle	18#
à M. Thoma Renato	Gasnier	18#
à M. Jacobo Juliano	Carrel	18#
à M. Georgio Antonio	Taron	18#

Caput Septimum
accepti à Chirurgis Barbitonsoribus

A chirurgorum praepositis et quaestore postridie Divi Lucae pro annuo vectigali quinque librarum cum assibus quatuordecim nihil accepit decanus — Nihil

Quia illi non venerunt cum praeposito perpetuo seu primarij Regis chirurgi vicario suum obsequium facultati redditurj, etiamsi ad id facultatis decreto ipsis denunciatum antea fuisset à maiori facultatis apparitore, ut annis etiam praeteritis, et [illegible] est facultatem inter et ipsos chirurgos [illegible] aut 10 annis —

Summa huius paginae est de Deux cens quarante Livres

à singulis qui hoc anno Chirurgiae Magisterium adepti sunt accepit decanus tres libras cum undecim assibus et sex denariis, unde cum undecim sint exurgit summa triginta novem librarum cum septemdecim assibus et sex denariis — 39lt 17s 6d

Caput Octavum
accepti à Medicinae studiosis
Pro jure inscriptionis et jure sigilli

à triginta sex medicinae studiosis qui à Martinalibus ann. 1721 et initio ann. 1722 dederunt nomina facultati accepit decanus
summam ducentarum quinque librarum cum tribus assibus 205lt 3s

Pro sigillo decem studiorum litteris apposito accepit decanus
summam triginta librarum 30lt

Caput Nonum
accepti
à Medicinae Candidatis Examinandis
Pro anatomia, et schedulis
non Registratis

à M.	de l'Epine	16lt
à M. Ludovico —	— du Vrac	16lt
à M.	Colnier	16lt

Caput Decimum
accepti
à Candidatis admissis ad Baccalaureatum
Pro jure Bursarum

à M.	de l'Epine	16lt
à M. Ludovico —	— du Vrac	16lt
à M.	Colnier	16lt

Caput Undecimum
accepti
à Candidatis admissis ad Baccalaureatum
Pro sacello et ornamentis loco bacchari

à M.	de l'Epine	16lt
à M. Ludovico —	— du Vrac	16lt
à M.	Colnier	16lt

Summa huius paginae est de quatre cens dix neuf livres six deniers

Caput Duodecimum

accepti

à Baccalaureis ad Medicinæ Licentiam admittendis Pro jure Bursarium

à m. thoma Renato	Gaslnier	35#
à m. Andrea Joseph	Soror	35#
à m. Jacobo Juliano	Carrel	35#
à m. Joanne	Moullier	35#
à m. David	Valle	35#
à m. georgio antonio	Tavory	35#
à m. Nicolao	Le Roy	35#
à m. Antonio	Cala major	35#

Caput Decimum tertium

accepti

à Baccalaureis ad Medicinæ Licentiam admittendis pro mulctis irrogatis

à m. thoma Renato	Gaslnier	12#
à m. Andrea Joseph	Soror	12#
à m. Jacobo juliano	Carrel	12#
à m. Joanne	Moullier	12#
à m. David	Valle	12#
à m. georgio antonio	Tavory	12#
à m. Nicolao	Le Roy	12#
à m. antonio	Cala Major	12#

Caput Decimum quartum

accepti

à Baccalaureis ad Medicinæ Licentiam admittendis Pro jure Præsentationis et Sacello

à m. thoma Renato	Gaslnier	6#
à m. Andrea Joseph	Soror	6#
à m. Jacobo juliano	Carrel	6#
à m. Joanne	Moullier	6#
à m. David	Valle	6#
à m. georgio antonio	Tavory	6#
à m. Nicolao	Le Roy	6#
à m. antonio	Cala major	6#

Summa huius Paginæ est de quatre cens vingt quatre Livres

Caput Decimum quintum
accepti
à Licentiatis in dicta sui
Doctoratus

à M. Thoma Renato	Galnier	180#
à M. Andrea Josepho	Seroy	180#
à M. Jacobo Juliano	Carrel	180#
à M. David	Valle	180#
à M. Nicolao	Le Roy	180#

Caput Decimum Sextum
accepti
à Licentiatis in dicta sui
Doctoratus pro Sacello

à M. Thoma Renato	Galnier	1# 12s
à M. Andrea Josepho	Seroy	1# 12s
à M. Jacobo Juliano	Carrel	1# 12s
à M. David	Valle	1# 12s
à M. Nicolao	Le Roy	1# 12s

Caput Decimum Septimum
accepti
à Baccalaureis, Licentiatis
Et Novis Doctoribus
pro Aulaeorum usu

Pro octo quodlibetarijs et quatuor Cardinalitijs Disputationibus accepit Decanus 144#
quando quidem pro unoquoque dictus debentur Duodecim librae

In praesentatione et Paranympho Decanus à Licentiandis accepit 24#
Pro quinque Vesperiarum actibus 60#
Pro quinque Doctoratus actibus 60#
Pro una Pastillaria 4#

Caput Decimum Octavum
accepti
Ex Reliqua pecunia in prima
Quodlibetaria

In dicta cui praefuit extra ordinem M. David de Breville, propter absentiam quinque Doctorum relicta est Decano summa de 20#

Caput Decimum Nonum
accepti
Ex Reliquiis Examinis
materiae medicae

In Examine materiae medicae propter absentiam quatuor Doctorum relicta est Decano summa de 50#

Summa huius Paginae est de Douze Cens soixante Et dix Livres

Caput Vigesimum
Accepti
ab Academiæ quæstore.

A M. Petro le Vasseur Academiæ quæstore pro honorario professorum decanus accepit primó summam mille librarum | 1000 ff

Deinde pro honorario professoris chirurgiæ idiomate gallico accepit decanus ab eodem quæstore summam centum librarum | 100 ff

Primus ego hoc ultimum honorarium ab academia obtinui, et distribui novo nostro et sexto professori —

Caput Vigesimum Primum
Accepti
á quæstore postarum.

Pro anno 1722. pensionis annuæ sex professoribus nostris à Rege concessæ decanus accepit summam de | 1800 ff

Caput
Accepti Extraordinarii
ab eo qui primum Licentiæ suæ gradum obtinuit

A M. Thoma Renato Gasnier qui á facultate obtinuit primum Licentiæ suæ gradum accepit decanus summam de | 800 ff

Summa huius paginæ est de trois mil sept cens Livres

Itaque summa totius accepti est de

6787 ff 2 s 6 d Six mil sept cens quatre vingt sept livres deux sols six deniers

Tabula Expensi Ordinarij Et Extraordinarij

Caput Primum Expensi

Ex rationibus prioris anni nostrj decanatus facultas decano debebat summam six mille ducentarum octoginta duodecim librarum cum septemdecim assibus — 3292# 17s

Pro honorario decanj centum et quinquaginta libras — 150#

Singulis doctoribus qui rationis obsignavere persoluit decanus nummum argentum constantem tribus libris et erant numero [illegible] quia sibi et antiquiorj magistro duplum; quatuor medicis aulicis et duobus conlarijs, etiam aiqj bidello nummum quoque argentum distribuit, unde conflatur summa ducentarum viginti quinque librarum — 225#

Pro calculis — 15#

Caput Secundum Pro Stipendijs professorum

M. Philippo Caron pathologiæ professorj persoluit decanus nonaginta libras — 90#

M. Joannj Bapt. Mongin physiol. professorj — 90#

M. Claudio du Cerf chirurgiæ professorj — 90#

M. Jacobo Ant. Millet mat. medic. professorj — 90#

M. Benig. Jacobo Winslow chirurg. idiomate gallico professorj — 90#

uidi quittancias P. Caron

Caput Tertium Expensi Pro Anatomia, operib. Chirurg. Et Pharmaceuticis

M. Caron pro honorario suo celebratæ anatomiæ — 30#

Chirurgo Colignon filio cujus manu usus est — 20#

Pro alijs sumptibus anatomiæ — 79# 10s

M. du Cerf pro honorario suo administrationum chirurgicarum — 30#

Chirurgo Colignon filio cuj. manu usus est — 20#

Pro alijs sumptibus operum istorum — 77# 19s

Dicto Baron pharmacopæo pro operib. pharmaceuticis — 20#

Pro reliquis sumptibus istorum operum — 18# 11s 6d

Famulo dnj Arnauld de Boiiez — 20#

Summa huius paginæ est de quatre mil quatre cens quarante huict livres dix sept sols six deniers

M. Winslow pro honorario anatomiæ gallico idiomate — 30tt

Chirurgo Colignon filio cuius manu usus est 20tt

Pro aliis sumptibus istius anatomiæ 88tt 4s 6d

Caput quartum
Expensi ordinarii pro Refectionibus.

M. Mathæo Thuillier antiquiori magistro 4tt
M. Philippo Caron pathologiæ professori 2tt
M. Joann. bap. Mongin physiologiæ professori 2tt
M. Claudio du Cerf chirurgiæ professori 2tt
M. jac. anton. Millet mat. medicæ professori 2tt
M. jac. benigno Winslow chir. idiom. gall. profess. 2tt
M. joan. Nicol. de la hire pharmaciæ professori 2tt
M. mich. Ludo. Reneaume de la Garanne phar. professori altero 2tt
Decano 4tt

Caput quintum
Expensi
Pro honorario professorum ex ære academiæ

M. Philippo Caron pathologiæ professori 200tt
M. joa. bapt. Mongin physiologiæ professori 200tt
M. Claudio du Cerf chirurgiæ professori 200tt
M. jac. ant. Millet mat. medicæ profess. 200tt
M. joa. Nic. de la hire pharmaciæ profess. 200tt
M. jac. benig. Winslow chirurgiæ idiomate gallico professori 100tt

vidi quittancias. P. Caron decanus

Caput sextum
Expensi
Pro honorario professorum de novo a Rege concesso et a dictarum quæstore solvendo.

M. Philip. Caron pathologiæ professori 300tt
M. joa. bap. Mongin physiologiæ professori 300tt
M. Claudio du Cerf chirurgiæ professori 300tt
M. jac. ant. Millet mat. medicæ professori 300tt
M. joa. Nic. de la hire pharmaciæ professori 300tt
M. jac. ben. Winslow chirurg. idiomate gallico professori 300tt

Caput septimum
Expensi ordinarii et extraordinarii pro rebus sacris.

Pro anniversario magistri Lucon 25tt
Pro anniversario M. Michaelis de Colonia 8tt
Pro missis et obitibus celebratis a die decimo quinto augusti ad 3m xbris 1721. persolvit decanus triginta quatuor libras 34tt
Apparitoribus qui per hoc temporis ministraverunt 11tt 10s

Summa huius paginæ est de trois mil cent trente huict livres quatorze sols six deniers

Pro missis et obitibus celebratis á 3o januarij ad 28. martij 1722 persoluit Decanus viginti quatuor libras cum decem assibus — 24tt 10s

Apparitoribus qui per haec tempora ministrarunt — 8tt 12s 6d

Pro missis et obitibus celebratis á die 11o aprilis ad 27. junij 1722 persoluit Decanus — 16tt

Apparitoribus qui ministrarunt — 5tt 10s

Pro missis et obitibus celebratis á die 15o augusti ad 4um obris 1722 persoluit Decanus — 16tt 2s 6d

Apparitoribus qui per haec tempora ministrarunt — 4tt 11s 6d

Maiori Bidello pro duodecim scutis facultatis in pompa funebri M. Amandi Doublet exdecani et censoris — 9tt

Pro honorario 20. doctorum qui huic funebri pompae interfuere soluit Decanus triginta libras — 30tt

Cerario Dolle pro cereis et facibus ab eo suppeditatis per annum 1722. soluit Dec. septuaginta quinque lib. — 75tt

Die Divo Lucae sacro pro doctoribus qui missae interfuerunt pro quatuor medicis aulicis, pro antiquo scholarum magistro et medicis caularijs; quin et pro bidellis numeravit Decanus summam nonaginta quatuor librarum cum sexdecim assibus — 94tt 16s

Pro offertorio — 9tt 4s

Vidi quittancias. P. Caron decanus

Caput Octavum
Expensi
Pro Rebus Academiae

In supplicationibus academiae ad aedem Deo sacram sub invocatione Sti Stephani ab Egressu die mercurij xbris 1721. distributa fuit summa duodecim librarum cum quindecim assibus — 12tt 15s

In supplicationibus academiae ad aedem Deo sacram sub invocatione Sti Andreae ab arcubus die veneris 1 martij 1722 distributa fuit summa septemdecim librarum — 17tt

In supplicationibus academiae ad aedem Deo sacram sub invocatione Sti Quirinj die lunae junij 1722. distributa fuit summa quindecim libellarum — 15tt

In supplicationibus academiae ad aedem Deo sacram sub invocatione Sti Jacobi apud Dominicanos die jovis obris 1722 distributa fuit summa septemdecim librarum cum septemdecim assibus — 17tt 17s

Decano et adjuncto qui comitati sunt amplissimu Rectorem circa pridie purificationis offerentem Regi augustissimo, Regenti Regni, et magistratibus — 18tt

Eodem die apparitoribus — 8tt

Decano qui comitatus est d. Rectorem ex Regis jussu salutaturum augustissimam Regis Hispaniarum filiam — 10tt

Caput Nonum
Expensi
Pro facultatis aedibus

Fabro signario soluit Decanus — 1tt

Alteri signario fabro soluit Decanus — 1tt 10s

Tertio signario fabro soluit Decanus — 12tt

Latomo qui duo suas acceptilationes obsignavit — 8tt

Summa huius pagina est de quatre cens quatorze livres huict sols six deniers.

fabro ferrario 9lt

Vitriario Beaulieu pro vitreaminibus scholarum refectis et mundatis solvit decanus quinquaginta libras cum duabus alijs libris et decem assibus ut fert eius accepti latio 52lt 10s

Viduae Hunout qui aedium tecta refici curavit pro duobus annis solvit decanus centum libras 100lt

Plumbario dicto Hallé ut patet in eius accepti latione 30lt

Caput decimum
Expensi
Ordinarij et extraordinarij
Pro rebus et litibus
facultatis

Pro 4r prima mensis distribuit decanus summam quinquaginta duarum librarum 52lt

Pro annua pensione viduae M. Fournier solvit decanus centum et quinquaginta libras ut patet in 4r eius accepti lationibus 150lt

Pro capitatione Bidellorum anni 1722 19lt 16s

Dicto Verreux aulaeorum textorj solvit decanus summam octoginta sex librarum ut patet in eius accepti lationibus 86lt

Majorj Bidello pro suppeditatis 4r libris statutorum et antiquitatis, et decretorum dno Maloët quis et pro impensis ab ipso factis in amphitheatro solvit decanus octo libras cum decem assibus 8lt 10s

Eidem pro dato antiquitatum libro dno Brunet 1lt

Eidem pro suppeditatis 5r novis doctoribus qui me decano laurea doctorali donati sunt, statutorum majorum, minorum, antiquitatum et decretorum libris solvit decanus viginti quinque libras, pro unoquoque scilicet summam quinque librarum 25lt

Eidem pro majori libro in quo actuum omnium folia 3lt

Eidem pro varijs rebus solvit decanus octoginta octo libras ut patet in eius accepti latione 88lt

Eidem pro igne suppeditato in scholis superior. ut fert alia eius accepti latio 19lt 10s

Eidem pro affixo per urbis compita programmate de mandato 1lt 10s

Dicto Quillau facultatis typographo pro omnibus prelo excusis nomine facultatis per duos annos nostrj decanatus solvit decanus centum et quinquaginta libras ut patet in eius accepti latione 150lt

Ei qui recepit hoc anno 1722 annuum facultatis proventum 6lt 10s

Notario qui facultatis contractus tulit ad vita 10lt

In lite adversus dictum Le Vasseur pro reptendis facultatis debitis ipsi à M. A. Doulet datis, solvit decanus dno Chastilus in castello procuratorj 2lt 10s

In eadem lite solvit decanus dno Bourdin procuratorj in iustitia magnj praepositj nonaginta sex libras ut fert eius accepti latio 96lt

Summa huius paginae est de neuf cens dix livres et seize sols

vidi quittancias P. Caron decanus

In lite adversus artium Magistros soluit decanus domino Caralij in Senatu Patrono quem adiuit ut eius consilio ageret, summam decem librarum 10 ll.

In lite adversus Chirurgos Barbitonsores soluit decanus Secretario domini Menguj 20 ll.

Domino Beauchesne in Senatu Patrono pro scriptis quae vocantur Salvationes 133 ll.

Pro sportulis in varijs illis litibus à decano impensis 42 ll.

Pro caducis impensis numerantur pro more 60 ll.

Maiori Bidello pro opera Extraordinaria 50 ll.

Minori Bidello pro eadem opera 25 ll.

Summa huius paginae est de trois cens quarante livres

Summa totius Expensi est de Neuf mil deux cens cinquante deux livres seize sols six deniers

Itaque summa totius Expensi superat summam Accepti totius summa de Deux mil quatre cens soixante et cinq livres quatorze sols

facultas gratas et ratas habet rationes morum redditas a Magistro guidone Erasmo Emmerez ex decanatu et censorae cariis praeterea ipsi pro honorario soluendam summam centum et quinquaginta librarum atque praeterea unicuique Doctori praesenti mereo? unicuique etiam Bidello aulicis et baccalaureis cuique etiam Bidello summam trium librarum Et sic conclusit

Magister Philippus Caron Decanus.

Philippus Caron decanus

Cordelle   Affourty   G. E. Emmerez

Breau   Goüel   Littre   Burette   Mattot

Heaulté   Gelly   Collot   De Belestre

Maraide   Chomel   Hourneau   Aignan   Geoffroy

Andry   Finot   Pestlard   Guill. Vergne

Azevedo   Du Cerf   Mongin

Winslow   Coullet   Delahire   Baron

Beuvrand   Boüyé   Marlineny   De Jassieu

Bynier. Colde Vilars affory Lesellier

Lespy . Grot Delaleu. LeBreton

Renaume milles L'eaulté

peaget

Delameul Brunes Chevalier Vacques

Emmerez Winant Danier Debreuille

fontaine

Gasnier. Levon Carrez valle Baillÿ.

LeRoy de St. Ygnan

Cluscard

Solui Magistro Thuilier antiquiori libras sex die vigesima [illegible] augusti 1723 qua probata sunt responsa baccalaureorum in examine de chirurgia, dedi magistro Philippo Bouté jam diu aegrotanti, tres libras. eadem die magistro Philippo Hecquet valetudinario tres libras. nec erant commentarii ut scriberent

Lemoine

Pour Mr. Dodart
et pour Mr. Helvetius
Winslow. Adam
peaget pour Mr. pepin
Delaleu pro mo. De Bordegaray
Martinenq pro Dn Alliot.
M Besse le 27 feurier 1724
pour Mr. Boudin. chevalier

In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti. justitia et pax. amen.

Commentarius rerum tùm in facultate medicinæ parisiensi, tum extrà facultatem in academia parisiensi, apud chirurgos etiam et pharmacopoeos parisienses gestarum, cum tabulis accepti et expensi. m. Philippo Caron Parisiensi decano. à die septima novembris anni millesimi septingentesimi vigesimi secundi ad diem ~~sextam~~ ~~quartam~~ novembris anni 1723.

Die Sabbati septimo novembris anni millesimi septingentesimi vigesimi secundi, hora decimà matutinà post sacrum, convocata est facultas a magistro Guidone Evalmo Emmerez tunc decano, decanum ut moris est ~~et~~ a statuto præscriptum simulque professores electura.

postquam doctores convenere, magister Guido Evalmus Emmerez decanus administrationis suæ rationem eleganti oratione reddidit, et singularum rerum argumenta perstringens cuncta et singula per decanatum acta maximè probauit. inde factum est ut post auditas professorum, muneris rationes et actiones gratiarum, magister franciscus Afforty præsentium antiquissimus, exclamauit: prorogandum in biennium decanatum Magistro Guidoni Evalmo Emmerez. ipse autem renuit, asseruitque de more esse procedendum, nec a proposito dimoveri potuit precibus ullis. res venit in deliberationem. omnes ordine appellati censebant prorogandum esse, aliqui addebant cogendum, cum è nuper ad doctoratum promotis duo dixerunt, renuentem non esse vexandum. ipse magister Emmerez quasi occasione favente, intercedentibus se conjunxit et voce alta et libera dixit, juxta statuta faciendum, nihil que se passurum immutari.

protinus conjecta sunt in urnam nomina doctorum præsentium ex majori scamno, et sorte educta sunt magistrorum. Ioannis depiney Peschard, Claudii vergne, Ioannis baptistæ Mongin. ex minori nomina itidem conjecta et ritè sorte educta Magistrorum Petri antonii Lepy, et Ludouici Simonis Emmerez; qui apud decanum juraverunt se nihil daturos favori sed in decanum et professores electuros quos aptissimos censerent iisce muneribus obeundis. Electores igitur in sacellum abierunt sed brevi reversi sunt declarantes nullum sibi videri decanatu digniorem Magistro

guidone Eralmo Emmerez. Sed ipse intercessit et reversi coegit ad alium eligendum. tandem reversi sunt in scholas superiores et facultatem sic allocuti sunt verba faciente Domino Petchard. elegimus in decanum

de majori ordine Magistros Philippum Caron.
Raimundum Jacob finot.
de minori, ... franciscum Poulse.

In professorem scholarum de majori ordine,
Claudium du Cerf.
de minori . . . . Thomam bernardum Bertrand.
Eliam Col-de villars.

In chirurgiæ professorem
Ludovicum Guillot.
de majori . . . . Andream de Laleu.
de minori . . . . Claudium Brunet.

In professorem materiæ medicæ.
. alexandrum Petrum Mattot.
de majori . . . Joannem Damianum Chevalier.
de minori . . . Ludovicum Claudium Bourdelin.

In professorem pharmaciæ.
guidonem Eralmum Emmerez.
de majori . . . franciscum Göuel.
de Minori . . . Michaelem Peaget.

In professorem chirurgiæ idiomate gallico
de majori . . . Nicolaum Andry.
de minori . . . Joannem franciscum Coutier
ægidium Adam.

quorum nominibus in urnam rite ac decenter conjectis, sorte ducti sunt decanus Philippus Caron.
professor scholarum . . Elias Col de villars.
professor chirurgiæ Ludovicus Guillot.
materiæ medicæ Ludovicus Claudius Bourdelin.
Pharmaciæ Guido Eralmus Emmerez qui et censor
chirurgiæ idiomate gallico ægidius Adam.

qui quidem omnes apud magistrum guidonem Eralmum Emmerez sacramento se obstrinxerunt ad munerum suorum officia. ipse autem G.E. Emmerez insignia decanatus deposuit et tradidit Philippo Caron. rite; decenter et summa cum pace.

Eodem die ad decanum venerunt baccalaurei,
m. del'Espine parisinus
Ludovicus Du vrac Rotomagensis.
Cosnier flexiensis.
Ludovicus Joannes Le Thieulier Laudunensis.
qui gratulati electionem, obsequium et officia testati sunt exceptos humaniter et quantum potuit urbane, hortatus est decanus ad modestiam et observationem officiorum accuratam, doctorum reverentiam.

postridie venerunt apparitores quos hortatus est ad munia sua sedulo præstanda.

Jamque plurimi doctores accesserunt lætitiam suam obtestantes auxiliumque rogati, promiserunt.

Sequuntur nomina et cognomina doctorum medicorum actu regentium in Saluberrimâ facultate parisiensi, anno rep. Salutis humanæ millesimo Septingentesimo uigesimo Secundo.

M. matthæus Thuilier antiquior Scholæ magister,
Joannes Cordelle,
Germanus Preaux professor regius,
franciscus Afforty, antiquus decanus,
Guido-Erasmus-Emmerez, censor, et pharmaciæ professor designatus
Joannes Boudin Regis medicus perpetuò ordinarius, S. Delphini et Delphinæ, dum uiverent, primarius medicus, nunc Serenissimæ Infantillæ reginæ designatæ. regi a consiliis.
Bertinus Simon Dieuxiuoie.
franciscus Picoté de Belestre,
Urbanus Leaulté,
franciscus Göiel,
Philippus Douté antiquus decanus.
Joannes Baptista Dodart Regi à sanctioribus consiliis et archiatrorum comes.
Petrus marais.
Petrus Joannes Burette, regius professor et librorum censor.
alexius Littre regiæ Scientiarum academiæ socius.
alexander Petrus mattot
Claudius Burlet,
Joannes Helly,
Philippus Caron decanus,
armandus Josephus Collot,
andreas Crellé,
Joannes baptista Chomel, medicus regis ordinarius,
Philippus hecquet antiquus decanus,
Nicolaus andry, professor regius et librorum censor,
Petrus Le tonnelier,
Ludouicus Lemery medicus regis ordinarius et regiæ Scientiarum academiæ socius,
Philippus Bernardus de Bordegaraie.
Raimundus Jacob finot,
Michaël ludouicus Reneaume de la garanne,
Jacobus fourneau,
franciscus aignan,
Stephanus-franciscus Geoffroy professor regius,
Joannes herment medicus regis ordinarius.
Petrus azeuedo,
antonius Pepin,
Philippus fontaine,
Joannes depiney Pelchard,
Joannes baptista fermelhuis,

Ludouicus Guillot, chirurgiæ professor designatus
Jacobus benignus Winslow chirurgiæ idiomate gallico professor
Claudius Vergne,
Joannes baptista Procope Couteaux, non regens.
+Joannes baptista Mongin, medicus regis ordinarius
et scholarum professor.
Joannes franciscus Coutier,
antonius Geoffroy
Joannes Nicolaus delahire,
hiacinthus Theodorus Baron,
Camillus falconnet, utriusque aulæ equestris
regiæ medicus ordinarius.
ægidius adam, chirurgiæ idiomate gallico professor designatus.
Thomas Bernardus Bertrand,
franciscus Poulle,
Joannes baptista Martineng scholarum professor.
Joannes baptista Silua,
antonius de Jussieu,
Joannes Besse,
henricus Besnier,
Elias Colde villars scholarum professor designatus.
Petrus antonius Lepy,
antonius Le Moine,
franciscus antonius Ledran,
Joannes franciscus Giot,
andreas de Labu,
franciscus Bailly,
Claudius antonius Renard,
Petrus afforty,
Nicolaus Letellier,
Joannes Mathæus lebert,
Joannes baptista faustus alliot de Mussay,
Michaël Peaget,
Jacobus antonius Millet,
Joannes franciscus Leaulté, materiæ medicæ professor
michael ludouicus vernage,
ludouicus Claudius Bourdelin, materiæ medicæ
professor designatus.
Emmanuel Mauritius duverney,
Ludouicus de Santeul,
Claudius Brunet,
Joannes Damianus Cheualier.
Claudius de la vigne de frecheuille,
gabriel antonius Jaques,
Josephus de la grive, non regens.

+ omissa sunt nomina quattuor doctorum.
Claudius du cerf.
Saluator Chastard
Joannes Claudius adrianus helvetius.
Michaël Procope Couteaux. et post Joannes b. mongin

Guillelmus de Magny,
Ludouicus Simon Emmerez.
Petrus Maloët,
Jacobus Trant,
Philippus Dauier de breuille.
Thomas Renatus Galnier.
andreas Josephus Seron.
Jacobus Julianus Carrel,
Dauid vasle.
Nicolaus leroy de saint aignan

Joannes moullin
Georgius antonius Taron de lommeau,
Antonius Casamajor.

quæ nomina et cognomina die Jouis decimo ~~septima~~ quinto Nouembris anni 1722. in prima quodlibetaria ante quodlibeta a Bidello publicè recitata sunt.

die mercurii 18°. nouembris 1722. celebratus est actus pastillariæ Magistri Thomæ Renati Galnier. cui respondit pro candidato baccalaureus Ludouicus du vrac M. thomæ bernardo Bertrand M. michaël ludouicus Vernage.

die Jouis decimo nono nouembris 1722. disputauit extra ordinem de quodlibetaria magister Thomas Renatus Galnier respondente baccalaureo M. Ludouico du vrac Rotomagensi et erat hæc quæstio affirmatiue conclusa.

an Solida agant, ut agantur?

die mercurii trigesimo decembris anni 1722 celebratus in Scholis actus pastillariæ Magistri andreæ Josephi Seron et erant hæ quæstiones

an morbi á { fluidis? / Solidis? }

die Jouis trigesimo primo decembris anni 1722. disputauit extra ordinem de quodlibetaria magister Andreas Josephus Seron parisiensis respondente M. Ludouico Joanne le Thieulier laudunensi baccalaureo medico, et hæc erat quæstio affirmatiue conclusa.

an alimentorum coctio a fermentatione?

die mercurii III° februarii anni M.D.CCXXIII. hora decima matutina celebratus est in Scholis actus pastillariæ magistri Jacobi Juliani Carrel doct. medici paris. et erant quæstiones

an tritus autor { Sanitatis? / morbi? }

pro candidato respondit primæ quæstioni baccalaureus guillelmus Josephus de lepine parisinus.

Die Jouis IV°. februarii 1723. disputauit de quodlibetaria quæstione extra ordinem, magister Jacobus Julianus Carrel Constantiensis

respondente m. guillelmo Josepho de lepine Parisino baccalaureo medico et erat quæstio affirmatiuè conclusa.

an commentitium tritici et fermentationis commercium?

die lunæ octauo februarii an. 1723 hora decima matutina in Scholis medicorum celebratus est actus pastillariæ Magistri Dauidis Valle doct. med. paris. et erant hæ quæstiones.

an ouum à { prima mundi creatione? / generatione successiua?

primæ quæstioni respondit pro candidato baccalaureus Ludouicus Colnier flexiensis.

Die martis nono februarii 1723. disputauit de quodlibetaria quæstione extra ordinem Magister Dauid Valle parisinus. respondente baccalaureo m. Ludouico Colnier flexiensi. et erat quæstio negatiuè conclusa

Estne anima corporis facultatum principium?

quæstiones cardinalitiæ.

die Jouis quarto mensis martii 1723. disputauit in ordine suo de quæstione cardinalititia Magister Nicolaus Andry lector et professor regius et librorum censor, respondente baccalaureo m. Ludouico Joanne le Thieulier Laudunensi: et erat quæstio affirmatiuè conclusa.

an præcipua ualetudinis tutela exercitatio?

die Jouis decimo octauo martii 1723. disputauit in ordine suo de quæstione cardinalititiâ — Magister Philippus hecquet abbauillæus — antiquus decanus, respondente baccalaureo M. guillelmo Josepho delepine parisino et hæc erat quæstio. affirmatiuè conclusa:

an Creatoris et naturæ legum imago, carnis-priuii Lex?

orationes publicæ.

die lunæ vigesimo tertio nouembris anni 1722. Joannes baptista Thomas Martineng Scholarum in physiologia professor ad instaurationem lectionum, publicam orationem habuit perelegantem, in Scholis inferioribus quas decenter ornatas esse curauit.

Exercitationes anatomicæ chirurgicæ.

die lunæ undecima Januarii anni 1723. hora post meridiem secunda, magister Joannes Peschard chirurgiæ professor, in cadavere muliebri operationes chirurgicas celebrare incepit et sequentibus diebus prosequutus est eleganter, operabatur m. Nicolaus antonius bernardus Collignon. in scholarum amphitheatro.

pridie, die scilicet dominica decima Januarii, cadaver in amphitheatro erat, jamque valvis affixa programmata administrationes chirurgicas futuras significabant, Gerard chirurgus parisiensis ideoque facultati obnoxius, nomine D. Duvernai et Domini Chirac illustrissimi archiatri serenissimi aurelianensium ducis et regni regentis, justa clamitans dixit apparitoribus cadaver repositum exportaturum se in hortum regium ad suos usus. decanus ab apparitoribus admonitus cucurrit in hortum regium, D du vernai alloqui minime potuit, quod factum an superbe an bene? aderat D. gerard multa loquens de prærogativa professoris in horto regio. tandem venit cum decano ad magistrum Emmerez censorem academiæ in facultate saluberrima. ibi scripsit decanus ad D. illustrissimum Dodart archiatrorum comitem et ad Dominum Chyrac medicum primarium serenissimi ducis aurelianensium et ~~chirurgi~~ horti regii præpositum. ipse m gerard profectus ex[?] alias litteras tulit. sed non amplius conspectus est. die martis sequenti scripsit urbane et bene vole Dominus Chirac minime opponere se facultati imo favere. sic prosecutus est magister Peschard et cum plausu perfecit, numeroso studentium coetu.

chirurgus parisiensis qui manum admovebat operi.

die sabbati decima tertia Martii 1723. magister Joannes Baptista Mongin pathologiæ professor celebravit anatomiam in scholarum amphitheatro, in cadavere virili; operante m. Bouquot chirurgo parisiensi. contigit ut die mercurii sequenti, corruptum cadaver adeo foeteret, ut inceptum opus et jam provectum deserere coactus fuerit quinque tantum lectiones fuere, cum decem meditatus fuerit. defectum hunc compensavit post aliquot dies.

die dominica vigesima prima martii anni 1723. incepit anatomiam in cadavere virili, administrante Nicolao-antonio-bernardo Collignon chirurgo parisiensi peritissimo, ut ne idem quod antea contingeret, atque corruptione subjecti cogeretur deserere opus utilissimum. bis quolibet die lunæ, martis et mercurii lectiones instituit et perfecit tandem die sabbati sequente. cum plausu coetus studentium numerosi.

opera pharmaceutica galeno chymica.

Die martis undecima maii anni 1723. magister mich. Ludovicus Reneaume de la garenne pharmaciæ

professor hora post meridiem tertiâ pharmaciæ utriusque principia, operationes et usus medicos oratione exposuit manum operi admovente magistro Raymundo de Villebrun pharmacopoeo paris. et sequentibus veneris et martis diebus prosequutus est, ne non omiserit operationis exemplum cujuscumque generis.

obitus doctorum.

Die martis prima junii 1723 supremum diem obiit magister Ioannes franciscus Giot doctor medicus Parisiensis et antiquus scholarum professor die mercurii secunda junii corpus ejus humi-mandatum est in æde parocciali sub invocatione Sancti Severini.
die sabbati sequenti 5a ejusdem mensis sacrum celebratum est in scholarum sacello pro anima ipsius. erat ætatis 42 annorum, reliquit multum desiderium sui et pié mæstéque decanus ac viginti doctores comitati sunt funus.

die lunæ decimâ sexta augusti 1723 supremum diem obiit S. Magister Bertinus Simon Dieuxivoie. sed facultas non invitata nec admonita funus comitata non est. verum magister urbanus Leaulté in comitiis pro examine de chirurgiâ die veneris vigesima ejusdem mensis cum significaverit decano, ipse jussit ut capellanus invitaretur ad sacrum postridie celebrandum in sacello scholarum. — invitata est schedulâ, familia defuncti, invitati quoque doctores qui eodem sabbati die convocati erant de celebrato examine, judicium laturi. sicque pié parentatum est die vigesima prima augusti 1723. aderant magistri non pauci, filiusque defuncti canonicus regularis congregationis Sanctæ Genovefæ; qui decano dixit post sacrum et preces, patrem fuisse apud patres oratorii Iesu in urbe montmorenci, ibique die lunæ subito mortuum, die decima sexta mensis augusti 1723. hora septima matutinâ. cum jussisset famulum aliquid afferre, iuit quæsitum famulus, et redux invenit mortuum.

Comitia facultatis.

die sabbati vigesima octava Novembris in comitiis ordinariis probata est thesis am. Duvrai baccalaureo propugnata. die prima decembris decembris 1722. habita sunt comitia, quæ menstrua appellata sunt: nihil in his notatu dignum fuit.

die sabbati secunda mensis Januarii anni 1723 post sacrum. hora decima matutina. convocati sunt doctores omnes medici parisienses in scholas superiores per schedulam ad singulos delatam ab apparitoribus, de more majorum: deliberaturi de jure consultationis medico legionis prætoriana concedendo.

Illustrissimus archiatrorum comes D. magister Joannes baptista Dodart scripserat ad decanum die 25 mensis ~~septembris~~ decembris 1722. illustrissimum Dominum de grammont ducem et parem franciæ, tribunum legionis prætorianæ petere a facultate ut medicus legionis gauderet jure consultationis, cum medicis Parisiensibus. frustrà nisuram facultatem contra Illustris. petitorem, mandato regio effecturum, quod facultati debere velle profitebatur. respondit decanus relaturum se ad facultatem ideò convocandam. existimare tamen melius fore facultati, si mandato regio obsequens a privilegio suo decidat, quam si sponte exciderit. super hac re scripsit die prima Januarii ad decanum, ut negotium relinqueret si facultas non esset convocata; si comitia indicta essent, prætermitteret; si hæc essent impossibilia quia schedula esset delata et in ea negotium scriptum, diceret desertam ab illustrissimo duce de grammont petitionem. fecit decanus ultimum. erant enim indicta comitia, et petitio designata: nec fuit satis facultati, desertam audire petitionem: sed scribi voluit in commentariis suis, stare se statutis et abnuere quicquid ipsis contrarium, licet honore et obsequio prosequeretur ducem illustrissimum.

Scripserat quoque illustrissimus archiatrorum comes Dominus et magister Joannes baptista Dodart, ad illustrissimum Dominum olim episcopum de frejus relatum; proponendam esse thesim cujus erat quæstio, an ubi crescendi finis, conjugio maturitas? et inactu pastillariæ quæstiones, an ex coelibatu robur? infirmitas? velle autem Illustrissimum Dominum propter rationes non vulgandas, amoveri thesim et ejusmodi quæstiones. facultas nondum audierat, thesim hanc et quæstiones esse proponendas, et decrevit abnuere.

erat in schedula, designata tertia propositio de re academica. debebat academia quæstori suo D. le vasseur summam mille et ducentarum librarum, quæ conflata cum aliis summis longè majoribus apud regem collocatis in proventum annuum. erant autem hæ summæ comprehensæ libellis vulgò billets de banque qui edicto regio pro pecunia erant, mox suppressi et in contractus conversi; quorum quadragesima pars percipitur quot annis, stante perpetua debiti summa præcipua. erat quæstio. an perciperet proventum annuum, quæstor: an præcipua summa solveretur ab academia sed intra annos duodecim et ea conditione, ut si negotia urgerent et deficeret pecunia præsens, quæstor expectaret tempus opportunum et ipse D. levasseur quæstor ea conditione expostulabat: annuebat tribunal rectorium sed ordinibus academiæ consultis.

facultas egit prœtereà de rebus suis. et nemine in comitiis reclamante, probata est thesis die jouis trigesima primâ decembris 1722 propugnata a m. Thieulier baccalaureo, magistro Seron primum et extra ordinem præside.

Eodem die in iisdem comitiis postulauit decanus an facultas probaret sportulas prœsentibus erogandas distribui procuratoribus absentium. Negauere omnes sed asseruandas a decano donec judicauerit facultas.

Eodem die lectæ sunt a decano litteræ quas per cursores publicos acceperat a D. magistro le Moine et Magistro Bailli. qui strenuam nauauerant operam apud Gabalos tempore pestilentiæ, quo allegati sunt a Rege ad opem ferendam; spemque cumulauerunt pergratæ fuere; sed nihil erat de quo deliberaretur.

His in deliberationem missis, singuli sententiam suam aperuere, ordine suo, et de re quaque sigillatim. collegit decanus et palam numerauit. quo facto patuit censere facultatem.

rejiciendam esse petitionem ab illustrimo Domino duce de Grammont factam et ab eodem Domino desertam.

thesim facultati ignotam, abnuendam.

rem academicam eam esse cui annueret, sed eâ conditione, quâ nihil ab eâ detrimenti pateretur facultas. scilicet intra annos duodecim solueretur summa debita et tempore commodo academiæ, acciperet Dominus le vasseur. ita ut res non turbarentur. his et coeteris quasi per additamentum actis adhœsit decanus et cum facultate conclusit

Philippus Caron

Die martis vigesimâ sextâ Januarii anni Domini millesimi septingentesimi uigesimi tertii conuocata est facultas a decano in scholas superiores per schedulam ad singulorum doctorum ædes pridiè delatam ab apparitoribus La grue patre et filio.

Exposuit Decanus die lunæ undecimâ ejusdem mensis apud amplissimum Rectorem conuocatos fuisse decanos facultatum superiorum, procuratores nationum academiæ, syndicum, quæstorem et scribam. In his comitiis proposuit amplissimus Rector, deliberandum esse super causa academiæ Rhemensis. acceperat epistolam a rectore academiæ Rhemensis, quâ orat ut academia Parisiensis descendat in litem et causam suam suscipiat aduersus patres societatis Jesu qui libello supplice dato ad concilium consistorianum expostulant, ut litteræ testimoniales studiorum in collegio suo rhemensi, ualeant in academiâ in academia ista ut in collegiis ejusdem academiæ. censuit tribunal causam suscipiendam esse sed consultis ordinibus.

monet quoque schedula deliberandum esse de cereis distribuendis.

atque etiam eligendos esse examinatores rationum Magistri guidonis Erasmi Emmerez exdecani et censoris.

re in deliberationem missâ, sententia facultatis fuit ut academia parisiensis susciperet litem academiæ Rhemensis.

nulli cerei distribuerentur adhuc hoc anno.
examinatores rationum sorte ducti sunt pro more, ex antiquioribus, magister dignan. mag. mongin. mag. lebert. ex iunioribus mag. ludouicus santeul. mag. claudius brunet. mag. gabriel Jaques. et sic conclusit decanus

Philippus Caron

die Jouis uigesima nona aprilis anni domini millesimi septingentesimi uigesimi tertii facultas saluberrima conuocata est in scholas superiores a decano per schedulam pridie in doctorum ædes delatam ab apparitoribus, more solito. erat autem. conueniant doctores omnes medici in scholas superiores, die iouis uigesima nona aprilis anni 1723. hora secunda pomeridiana: de examinis chirurgici tempore et modo. de rebus academicis, aliisque rebus ad facultatem pertinentibus, deliberaturi.
sigillatim in deliberationem uenerunt capita.
sententia fuit facultatis de examine chirurgico. celebraretur per hebdomadam a decano designandam. ab omnibus doctoribus. probatorium esse. honorarium accepturos doctores singulos, nummum aureum æstimandum duas et uiginti libras cum decem assibus. si quis absfuerit aut non interrogauerit doctor regens, retributionem ejus accessuram ad facultatem.

res academicæ erant, lis intentata facultati saluberrimæ et uniuersæ academiæ a facultate iurium, de honorario, professori chirurgiæ idiomate gallico, concesso ab academia; et simili, nationi Normanniæ. qui timere affectant ut academiæ fundus deficiat de reliquis senatusconsulto confirmatis, non disputant palam est nullam futuram litem si tantum concederetur jurium facultati quantum saluberrimæ concessum est. sed hactenus non sufficit prouentus academiæ. sententia facultatis fuit, ut causa sua defenderetur.

relatum adhuc a decano de lite academiæ Rhemensis et conclusum ab academiæ deputatis apud Rectorem amplissimum, causam ejus esse defendendam et reuera suscepisse. facultatis sententia probatum est.
lis erat inter baccalaureos facultatum superiorum et facultatem artium sed maxime inter primarios collegiorum et professores emeritos, de ordine et ueste primariorum, professorum et baccalaureorum immatriculatorum, ut uocant, in nationibus facultatis artium, academiæ parisiensis. die 20 dec. 1721
die uigesima decembris anni 1721 senatusconsultum obtinuerunt primarii &c coeteris prærogatiuis integris conseruatis, facultatis contra libellum supplicem senatui dederunt et die quarta Julii anni 1722. 4 julii 1722
obtinuerunt senatusconsultum, quo decretum est libellum supplicem significari, ut intra dies quindecim, contendentes audirentur. sic erat prioris auctoritas intercepta, nullusque usus. primarii, professores, etc. ad Regem concesserunt rogantes, ut senatusconsultum die 20a decembris 1721, et alterum die 19a junii 1722 19 junii 1722.
latum confirmaretur et effectum haberet. die uero quarta julii datum inutile diceretur. utrimque disputatum est. facultates tres rationes suas ediderunt, baccalaurei in theologiæ facultate susceperunt causam; non autem baccalaurei in facult. saluberrima, et in facultate consultissima nulli sunt. die nona Januarii 9. janvier 1723.
1723. Rex in concilio consistoriano edixit, nulla habita

ratione intercessionis baccalaureorum in facultate theologiæ in facultate artium non immatriculatorum repellere et deturbare sindicos, et doctores in theologia, in juribus et medecina a petitionibus suis.
die 28 januarii 1723. significatum est exemplar decreti consistoriani.
decanus consuluit viros doctos, et doctores theologos et in juribus. tandem Dominum ycard patronum in concilio consistoriano. hic, ut coeteri dixerant, post lectum decretum, censuit obtemperandum isti decreto, ut vocabatur, imperatorio. sic retulit decanus in comitiis.
erat adhuc negotium de quo verba fecit decanus. die sabbati 17a sept. 1718 magistro amando douté decano hora decima matutina post sacrum convocata facultas per juramentum, post conclusionem de examine jubilæo dicto, jussit, ut cura decani, facultatis immunitates et privilegia renovarentur. idem D. ycard patronus dixit consulenti decano, id omninò frustra esse. satis esse facultati renovata privilegia academiæ. si aliquando occurreret necessitas aut occasio rei peculiaris a Rege expetendæ, eam esse eligendam quæ operæ haberet pretium. tumque faciendum, ut decretum obtineretur et litteræ regiæ decretum confirmarent.
his in deliberationem missis facultatis sententia fuit ut examine de chirurgia tentarentur baccalaurei ab omnibus doctoribus, per hebdomadam a decano designandam. ut esset probatorium. esset honorarium ab iis percipiendum qui tentassent examine. alioquin ad facultatem accessurum.
de lite intentata á facultate jurium, causam suam esse defendendam, curá decani.
de lite judicata cum facultate artium nihil moliendum sed baccalaureos non cogendos ut supplicationibus Rectoris intersint.
de privilegiis, standum cum academia integrá, nihil peculiare tentandum.
hærendum academiæ Rhemensi et ejus causam esse suscipiendam et defendendam pro virili et sic conclusit decanus Philippus Caron

Die sabbati vigesima secunda mai anni domini 1723. in comitiis ordinariis facultatis dixit decanus. ad se venisse D. Joannem Palfin celeberrimum professorem anatomiæ et chirurgiæ gandavi in belgio. qui quidem expostulabat libro suo de anatomiá chirurgicá approbationem facultatis. censuerunt omnes petitioni D. Palfin esse annuendum et appellaverunt magistrum winslow et magistrum stephanum-franciscum geoffroi qui legant librum illum et de eo referant ad facultatem. sicque conclusit decanus.
Philippus Caron.

die sabbati vigesimá noná mai 1723. dixit decanus supplicare D. nogueïz qui librum D. Douglas de vesicá suprá pubem secanda ad calculi extractionem, vertit ex anglico in sermonem gallicum: poscitque ut magistros hecquet et winslow velit examinatores facultas, cui præsentes annuerunt; appellantes D.D. hecquet et winslow, qui legant librum et de eo referant ad facultatem. sicque conclusit decanus
Philippus Caron.

die Sabbati decima nonâ junii 1723. dixit decanus magistros geoffroi et Winslow appellatos a facultate ad librum D. Palfin examinandum, tulisse suffragia honorifica, utilem enim et ad exemplum magistri Riolani, memoriæ honorandæ, dispositum prædicare. lectis litteris testimonialibus, censuerunt omnes typis mandandum, et commendandum philiatris. sicque conclusit decanus. Philippus Caron

Die mercurii trigesima iunii 1723. horâ tertia pomoridianâ. comitia habita sunt in scholis superioribus. doctores — conuocati per schedulam ad singulos delatam ab apparitoribus, audierunt baccalaureos modestè conquerentes, de examinis chirurgici conditionibus, die iouis 29a aprilis proximi constitutis.
baccalaureis auditis, censuerunt longè plures, coeteras conditiones stare; deretributione; erogari a baccalaureo quoque; cuique doctori summam quinquaginta assium turonensium et sic conclusit decanus Philippus Caron

Die lunæ decima sexta augusti anni domini millesimi septingentesimi vigesimi tertii, et sequentibus ejusdem hebdomadæ diebus martis, mercurii, et ueneris hora tertia pomeridianâ ad sextam, doctoribus per schedulam conuocatis, celebratum est examen chirurgicum abomnibus doctoribus, officio suo seriò functis. baccalaureis ex ordine respondentibus, appositè ad quæstiones. examen chirurgicum

Die Sabbati uigesima prima augusti 1723. conuocati doctores omnes medici in scholas superiores hora decima matutinâ post sacrum; de baccalaureis examine publico de chirurgiâ per hebdomadam tentatis, sententiam tulerunt per scrutinium. rata habuere responsa et probata. laudauerunt baccalaureos et sic conclusit decanus Philippus Caron
sic celebratum est primum examen chirurgicum in comitiis, die sabbati vigesimâ primâ octobris 1722, habitis, institutum.

Summa istius paginæ est de quatre cent quatre vingt six livres huict sols g. l. l.

die lunæ decimâ Sextâ mensis Augusti an. 1723 – celebratum est pro prima vice examen chirurgicum ex propter absentiam sex doctorum relicta est decano Summa sexaginta librarum 60.l

Caput undecimum

accepti ab academiæ quæstore.

a magistro Petro Levasseur academiæ quæstore accepit decanus die lunæ vigesima prima decembris 1722. centum libras pro dimidia parte honorarii ab academiâ concessi professori chirurgiæ idiomate gallico. 100.l

ab eodem Magistro Petro Levasseur pro honorario professorum accepit decanus mille libras die – vigesima secunda julii 1723. 1000.l

professor chirurgiæ idiomate gallico exceptus est propter litem motam adversus concessionem academiæ, a facultate juvium.

Caput duodecimum

accepti a quæstore Postarum.

Die Jovis decima quinta aprilis 1723 accepit decanus a D vincent quæstore postarum, nongentas libras: pro dimidiâ parte pensionis a Rege – concessæ sex professoribus nostris. 900.l

die verò mercurii vigesima prima Julii 1723 accepit decanus a D. vincent quæstore postarum, nongentas libras pro altera parte pensionis a – rege concessæ professoribus. 900.l

Summa istius paginæ est de – deux mille neuf cent soixante . g. [illegible].

igitur summa totius accepti est de – quatre mille huit cent quarante quatre livres huit sols six deniers . g. f. [illegible]

tabula expensi ordinarii et extraordinarii.

caput primum expensi.

Rationibus accepti et expensi a Magistro-guidone Evasmo Emmerez exdecano et censore Academiæ coram facultate discussis et probatis decima quinta februarii anni præsentis 1723. constabat ipsi a facultate deberi bis mille quadringentas sexaginta quinque libras cum assibus quattuordecim. — 2465.l 14.s

præterea retribuit ipsi facultas honorarium centum et quinquaginta librarum. — 150.l

cuique doctori persolvi jussit tres libras. qui cum sint octuaginta et duo apparitores conflatur summa ducentarum et quadraginta trium librarum — 243.l —

caput secundum expensi

pro stipendiis Professorum. die merc. 23 junii 1723.

magistro Joanni baptistæ Mongin pathologiæ professori persolvit decanus — 90.l

magistro Joanni baptistæ Thomæ Martineng — physiologiæ professori — 90.l

magistro Joanni depiney Pesthard chirurgiæ professori — 90.l

magistro francisco Leaulté materiæ medicæ professori — 90.l

magistro Benigno Jacobo Winslow chirurgiæ — idiomate gallico professori — 90.l

Caput tertium.

expensi ordinarii pro refusionibus.

[illegible] [illegible]

magistro Matthæo Thuilier antiquiori magistro. — 4.l

magistro Joanni baptistæ Mongin pathologiæ professori — 2.

magistro Joanni baptistæ Thomæ Martineng Physiologiæ professori — 2.

magistro Joanni depiney Pesthard chirurgiæ prof. — 2.

magistro francisco Leaulté materiæ medicæ professori — 2.

magistro benigno Jacobo Winslow chirurgiæ idiomate gallico professori — 2.

magistro Ludovico Reneaume de la garanne utriusque pharmaciæ professori — 2.

magistro guidoni Evasmo Emmerez alteri — pharmaciæ professori et censori academiæ — 4.

magistro Philippo Caron decano — 4

Summa istius paginæ est l. trois mille trois cent trente deux livres quatorze sols g. e. Emmerez —

Capur quartum

expensi pro anatomiâ, operibus chirurgicis et pharmaceuticis.

magistro Joanni depiney petchard pro honorario propter operationes chirurgicas in amphitheatro celebratas die decima et sequentibus Januarii 1723 numeravit die 18 decanus libras triginta — 30.l

mag. Collignon chirurgo parisiensi pro opera, libras viginti. — 20.l

pro sumptibus aliis sexaginta duas libras et asses quattuor unde summa centum et duodecim librarum cum honorario professoris et chirurgi. — 112.l

Magistro Joanni baptistæ Mongin pro anatomiâ celebrata in scholarum amphitheatro numeravit decanus die 19 martii libras triginta

M. boucquot chirurgo parisiensi libras viginti

pro coeteris sumptibus octuaginta quattuor libras cum assibus undecim unde summa centum et triginta quattuor librarum cum assibus undecim. — 134.l 11.s

Magistro Joanni baptistæ Mongin pathologiæ professori pro altera anatomiâ numeravit decanus die 27 martii 1723 libras triginta.

M. Collignon chirurgo Paris. libras viginti

pro coeteris sumptibus octuaginta duas libras cum assibus novemdecim unde summa centum et triginta duarum librarum cum assibus novemdecim — 132.l 19.s

Visis quitanciis

m. villebrun pharmacopoeo paris. pro operationibus administratis in amphitheatro sub professore magistro Ludovico Reneaume die jovis 3a junii 1723 numeravit decanus libras viginti. — 20.l

pro affixo programmate, libras duas. — 2

pro coeteris sumptibus libras viginti et duas cum assibus decem. unde quadraginta quattuor libræ cum assibus decem. — 44 10

Capur quintum.

expensi pro honorario professorum ex ære academiæ.

Magistro Joanni Baptistæ mongin pathologiæ professori. libras ducentas. die 22 julii 1723 — 200.

magistro Joanni baptistæ Thomæ Martineng physiologiæ professori — 200

magistro Joanni depiney Petchard chirurgiæ prof. — 200

Summa istius paginæ est de mil vingt quatre livres quatre soles q. E. E.

magistro Joanni francisco Leaulté materiæ medicæ professori — 200.!

magistro Michaëli Ludovico Reneaume de la garanne pharmaciæ utriusque professori — 200.

magistro Jacobo Benigno Winslow chirurgiæ idiomate gallico professori non persolui quia nondum accepi propter intercessionem a facultate jurium factam et confirmatam Senatus consulto, unde lis pendet inde ea concessio privilegio cæterarum gaudet.

Caput Sextum

expensi pro honorario professorum a Rege concesso.

Magistro Joanni baptistæ Mongin pathologiæ professori. pars prima 1ᵒ. die 4 aprilis 2ᵃ. 1ᵒ. 21 julii 1723. — 300.!

magistro Joanni baptistæ Thomæ martinenq physiologiæ professori. — 300.

magistro Joanni Despiney Petchard chirurgiæ professori — 300.

magistro Joanni francisco Leaulté materiæ medicæ professori. — 300.

magistro Michaëli Ludovico Reneaume de la garanne pharmaciæ utriusque professori — 300.

magistro Jacobo benigno Winslow chirurgiæ idiomate gallico professori — 300.

visis quitanciis

Caput Septimum.

expensi ordinarii et extraordinarii pro rebus Sacris.

Die mercurii decimâ octava novembris 1722 pro anniversario D. Luçon distribuit decanus Pontifici, doctoribus præsentibus, qui fuere duodecim, et apparitoribus, cuique tres et triginta asses, et asses quinque superantes apparitori. Sic in solidum viginti quinque libras. — 25.!

die trigesima prima decembris 1722 persoluit decanus D. de Latour capellano facultatis libras quindecim cum quindecim assibus. — 15.! 15.ˢ

eadem die apparitoribus qui administrarunt in rebus sacris per idem tempus. libras quinque cum assibus duodecim. — 5.! 12.ˢ

die vigesimâ quartâ Mensis martii anni 1723. Soluit decanus D. delatour viginti et duas libras et asses quinque. — 22.! 5.ˢ

apparitoribus libras octo. — 8.! —

Summa istius paginæ est de deux mille deux cent soixante et sept livres douze sols. 9. 8. 8 —

die vigesima sextâ junii an. 1723. D. delatour — solvit decanus libras octodecim et asses septem cum sex denariis. 18.l 7.s 6.d

apparitoribus, libras sex et asses quinque. 6.l 5.s

pro anniversario magistri Michaëlis de Colonia — persolvit decanus libras octo. die mer. 14 apr. 1723 8.l

pro pane azymo et vino per annum suppeditatis ab apparitore Lagrive persolvit decanus libras sex ut est accepti latio die 3. nov. 1723. 6.l

eidem pro mundatis linteis sacelli libras quindecim 15.l

pro ædibus mundatis. libras quindecim 15.l

Cereario D. Pele quinquaginta quattuor libras et asses septemdecim cum sex denariis persolvit decanus pro cereis suppeditatis ut est ejus accepti latio 23 oct. 1723 54.l 17.s 6.d

doctoribus qui interfuere pompæ funebri magistri Joannis francisci Giot 2. junii 1723. erant 19. decanus et duo apparitores. cuique triginta asses et conficitur summa triginta et unius librarum cum assibus 31.l 10.s

die decima octobris Divo Lucæ sacrâ doctoribus — præsentibus, aulicis et cantariis: cuique duo et — viginti asses. conficitur summa in qua offertorium continetur et erogatum apparitoribus. librarum septuaginta. 70.l

Caput octavum.

expensi pro rebus Academiæ.

vide quitancias

In supplicationibus Academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione sanctæ mariæ magdalenæ in collegio Minorum die lunæ 14 decembris 1722. libras undecim et tredecim asses numeravit decanus. 11.l 13.s

In supplicationibus Academiæ ad ædem — Deo sacram sub invocatione sancti ludovici in regiâ domo invalidorum die veneris 12. mensis martii an. 1723. numeravit decanus viginti tres libras. 23.l

In supplicationibus Academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione sancti Martini a campis. die lunæ 21 junii 1723. numeravit decanus viginti duas libras. 22.l

In supplicationibus academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione SS. martyrum gervasii et Protasii die merc 6a. oct. 1723 — numeravit decanus viginti libras et asses — octodecim. 20.l 18.s

Summa istius paginæ est d— [illegible] cent [illegible] livres [illegible] sols 9. 8. 2 —

Die veneris decima tertia novembris 1722 magistro guidoni-Erasmo Emmerez censori tanquam adjuncto Decani propter comitatum Rectoris ampl. Regi-gratulantis solemnem inaugurationem, persolvit decanus libras tres 3.l
decano duplum attributum. 6.l
apparitoribus libræ tres ~~attributæ~~. 3.l

Die Jovis 17 decembris 1722 magistro Simoni Emmerez persolvit decanus libras tres pro comitatu Rectoris ampl. versalias proficiscentis cum decano. 3.l
Decano libr. sex 6.l
apparitoribus tres libras. 3.l

Die trigesima ~~septima~~ Januarii ~~februarii~~ 1723. pro comitatu Rectoris amplissimi cereos offerentis magistratibus magistro Simoni Emmerez decani adjuncto numeravit decanus libras tres. 3.
apparitoribus. libras tres. 3.
decano libras sex 6.

die primâ februarii pro comitatu Rectoris ampl. versalias proficiscentis. Magistro Simoni Emmerez decani adjuncto numeravit decanus libras tres. 3.l
apparitoribus libras tres et pro vectione sarcinarum, asses triginta. 4.l 10.s
decano libras sex. 6.l

Die quinta februarii 1723 pro obsequiis Serenissimæ aurelianensium ducissæ carlottæ Eleonoræ ducissæ Bavariæ Palatinæ Rheni in fano Sancti Dionysii. magistro Simoni Emmerez numeravit decanus libras tres. 3.
apparitoribus libras tres. 3.
decano libras sex. 6.

Die Lunæ prima Mensis Martii an. 1723 cum academiâ decanus cum adjuncto ivit bene-precatum et aquam lustralem inspersum serenissimæ principissæ Borboniæ annæ Palatinæ bavariæ. magistro Guidoni Erasmo Emmerez censori solvit decanus libras tres. 3
apparitoribus libras tres. 3.l
decano libras sex 6.

Summa istius paginæ est de soixante et treize livres dix sols
73. l. 10.

Caput nonum

expensi pro facultatis ædibus.

Petro La grive majori apparitori pro mundato Scholarum circuitu per annum persoluit decanus duodecim libras. 12.l

eidem pro foco diebus conuocationum suppeditato, nouem libras. 9.l

eidem pro charta, plumis et atramento per annum suppeditatis libras quindecim. 15.l

apparitoribus pro duobus actibus cardinalitiæ libras octo 8.l

pro atramentariis ad usum ordinarium asses quinquaginta 2.l 10.s

viduæ Hunout, pro annuo pretio propter scholarum et ædium ad eas pertinentium tecta sarta tecta — conseruanda persoluit decanus libras quinquaginta 50.l

Gaudot fabro ferrario pro multis suppeditatis et effictis persoluit decanus libras viginti et asses duos 20.l 2.s

Hebert latomo pro variis operibus et gypso soluit decanus libras viginti. 20.l

Baudaux fabro lignario pro variis operis summam nouemdecim librarum die 28 febr. 1723 19.l

eidem Baudaux pro aliis operibus nouem et quinquaginta libras cum assibus quinque 8a. sept 1723. 59.l 5.s

Targe horologiorum opificii, pro sarto horologio soluit decanus libras decem 10.l

visa quitancia

Baulieu vitrario pro suppeditatis vitris, mundatis, et sartis plumbeis adminiculis centum et sexaginta sex libras. pro ferreis sustentaculis, libras quattuor D. fourier pro finito pretio. libras quattuor cum assibus duodecim. 174.l 12.s

Caput decimum

expensi ordinarii et extraordinarii pro rebus et litibus facultatis.

pro annuá pensione viduæ Magistri Mathæi Dionysii fournier soluit decanus centum et — quinquaginta libras — 150.l

pro menstruis comitiis libras decem 10.l

aulæorum textori Verreux viginti et quattuor libras 24.l

Summa istius paginæ est d.– Cinq cent
Quatre vingt trois livres neuf sols 9.l.8.

ei qui annuum facultatis proventum ab urbis quaestore accepit et pro instrumento quo fides esset decano. solvit decanus libras viginti 20 l.

pro affixis per compita, professorum programmatis libras sex et antea asses triginta. 7 l. 10 s.

pro vehiculis quibus usus est decanus ad iter versalias conficiendum et sollicitanda negotia facultatis — numeravit decanus libras decem. 10 l.

pro negotio dicto controlle de main morte cum sumptibus. sex libras numeravit decanus 6 l.

pro consultatione D. Icart patroni supra decreto consistoriano, et pro libello supplici ad Eminentissimum cardinalem Dubois quem E. card. benigne susceperat. libras viginti duas. 22 l.

viarum Inspectori pro novis et reparatis — fenestrarum aedium parvarum velis. decem libras et assem unum. 10 l. 1 s.

pro lite de Aulais D. Lepaige procuratori viginti libras 20

D. lepaige procuratori libras decem. 10

D. Lepaige patrono septem libras et asses decem 7 l. 10 s.

D. Drouart procuratori in lite adversus — chirurgos parisienses quadraginta quinque libras die 27 aprilis 1723. 45 l.
eidem 3a augusti 1723 ducentas et viginti libras 220 l. —

pro impensis ad codicem pharmaceuticum, charta plumis &c. libras duodecim numeravit decanus 12 l.

et altera vice pro eodem codice libras octo 8 l.

famulis D. Hecquet continuo ministrantibus libras quindecim. 15 l.

pro affixo programmate Magistri winslow sceletum demonstrantis, libras duas. 2 l.

La grive pro foco, charta, plumis et operas dum codex examini expositus est, numeravit decanus libras sexaginta. 60 l.

Dno Decano pro caducis impensis ut moris est. 60 l.

Summa istius paginae est de — Cinq cent trente Cinq livres vn sol
J. E. C.

itaque summa totius impensi est de —
huict mille ~~cinquante quatre~~ cent vingt huict livres ~~[illegible]~~ un soles
approuvé la rature J. E. C.

Summa vero totius accepti est de —
quatre mille huict cent quarente quatre
livres sept soles six deniers

itaque summa totius impensi superat summam totius accepti
de trois mille neuf cent quatre-vingt trois livres quatre soles
six deniers

Gratam et Ratam habet facultas rationem mox redditam à dno
decano; praeterea ipsi decernit honorarium solitum centum scilicet
et quinquaginta librarum — et unicuique doctori praesenti et subsignanti
summa trium librarum cum sex assibus — et adhuc majori —
bidello summam quinquaginta librarum, minori vero summam
viginti quinque librarum et sic vobiscum concludo

Philippus Caron decanus

Cordelle Broaux

vidit [illegible]

Affoviz Emmerey De Belestre Göuel Burette
maraldi Andry finot Ffourneau Geoffroy
Geoffroy Azevedo fontaine peschard H fermelhuis
Winslow Guillot vergnez Ducerf procopiuvius
Morgnies Couvier Delahire Baron Adam
Bertrand marlireng Chomel De Jussieu Col. de vilars
Lepy Lemoine Delalen Bailly affory
peaget millet Leaulté cottot Boudelin Decsaint Pelletier
Lemery La vigne Jacques
Gourmagny Emmerez Malöet Yvant
Davieu De Breuille pro Dno hermant Dallier De Breuille
Le Moine Carrel vasse P. Lahorie pere et pour son fils
vergnez pour Mons. Lequee J. C. M. Doulé guille Creffé
peaget pour m. pepin Gasnier Pour M. Dodart et
Delalen pro M. De Bordegaraye pour M. Helvetius. Winslow
Marlireng pro D. Alliot. Silva
m Besse le 27 feurier 1724.
pour Monsieur Boudin. chevalier.

Ad Majorem Dei gloriam.

Commentarius alter rerum in facultate Medicinæ parisiensi gestarum. m. Philippo Caron parisiensi iterum decano.

a die Sextâ mensis novembris anni millesimi Septingentesimi vigesimi tertii, ad diem quartum mensis novembris anni millesimi Septingentesimi vigesimi quarti.

Die Sabbati Sextâ mensis novembris anni millesimi Septingentesimi vigesimi tertii post horam horâ decimâ matutinâ, habita sunt comitia in Scholis Superioribus, ex statuti a quo designatur dies: sed pro more, significata sunt adhuc tabellâ delatâ ad singulos Doctores.

Ibi oratione habitâ Decanus et professores rationem reddidere suæ gestionis.

Electores sorte ducti sunt ex ordine majori,

Magister guido Erasmus Emmerez censor academiæ
francisus Picoté de Bellestre.
Joannes Petchard.

de minori ordine
Magister Claudius de La vigne de frechenille.
David Valle.

Hi præstito apud Decanum Solito Sacramento, habitaque inter se deliberatione, prorogaverunt in annum Philippum Caron, in decanum.

Elegerunt in professorem Physiologiæ, de ordine majori,
Magistrum Claudium vergne,
de ordine minori
Magistrum Ludovicum Simonem Emmerez.
Jacobum Ivani

In chirurgiæ professorem. de majori ordine.
Magistrum Michaëlem Procope couteaux.
de ordine minori
Joannem Nicolaum de la hire.
Thomam Bernardum Bertrand.

In professorem materiæ medicæ. de majori ordine.
Magistrum Raymundum Jacob finot
de minori ordine
franciscum Pousse.
andream de Laleu.

In professorem pharmaciæ. de majori ordine

Magistrum franciscum Göuel.
armandum Josephum Collot.

de minori ordine.
Michaëlem Peaget.

In professorem chirurgiæ idiomate gallico in biennium. de majori ordine.

Magistrum Nicolaum Andry.

de minori ordine
Joannem franciscum Coutier.
Jacobum Antonium Millet.

Nominibus Electorum in urnam ex ordine conjectis; primùm ad professionem Scholarum, Sorte ductus est,
Magister Ludovicus Simon Emmerez.
in professorem chirurgiæ;
Magister Thomas-bernardus Bertrand.
in professorem materiæ medicæ,
Magister Raymundus Jacob finot.
In professorem pharmaciæ,
Magister franciscus Göuel
In professorem chirurgiæ idiomate gallico.
magister franciscus Coutier.

Professores electi et Sorte ducti magister Ludovicus Simon Emmerez. M. Thomas Bernardus Bertrand. m. franciscus Coutier fidem dederunt facultati. excesserant antequam Sorte ducti essent M. franciscus Göuel M. R. J. finot.

Die Sabbati Sequenti decima tertiâ novembris accessit ad facultatem M. franciscus Göuel et in comitiis ordinariis fidem dedit facultati se officio functurum. cum facultate. conclusit decanus Philippus Caron

Sequentur Nomina et cognomina doctorum medicorum actu regentium in Saluberrimâ facultate Parisiensi anno reparatæ S. h. millesimo Septingentesimo vigesimo quarto.

Magister Matthæus Thuilier antiquior Scholæ magister.

Joannes Cordelle
germanus Preaux professor regius.
franciscus Afforty.
Guido-Erasmus Emmerez censor academiæ et pharmaciæ prof.
Joannes Boudin Regi a Sanctioribus consiliis
S.S. Delphini et Delphinæ dum viverent —
medicus primarius et Regis perpetuó ordinarius.
franciscus Picoté de belleitre.
Urbanus Leaulté.
franciscus Göuel.
Philippus Douté.
Joannes baptista Dodart Regi a Sanctioribus
consiliis et archiatrorum comes.
Petrus Marais.
Petrus Joannes Burette. professor regius.
alexius Littre.
alexander Petrus Mattot.
Claudius Burlet.
Joannes Gelly.
Philippus Caron decanus.
armandus Dolephus Collot.
andreas Cresse.
Joannes baptista Chomel. medicus Regis ordinarius.
Philippus hecquet.
Nicolaus Andry. professor regius.
Petrus le tonnelier.
Ludovicus Lemery. medicus Regis ordinarius.
Philippus bernardus de bordegaraye
Raymondus Jacob finot.
michaël Ludovicus Reneaume de la garanne.
Jacobus fourneau.
franciscus Aignan.
Stephanus franciscus Geoffroi professor regius et in horto regio pharmaciæ, socius academiæ et societatis regiæ londinensis
Joannes herment medicus Regis ordinarius.
Petrus azenedo.
antonius Pepin.
Philippus fontaine.
Joannes depiney petchard.
Joannes baptista fermel'huis
Ludovicus Guillot chirurgiæ professor.
Jacobus benignus Winslow.
Claudius vergne.
Joannes baptista Procope Couteaux. non regens.
Claudius du cerf.
Salvator Cluscard.
Joannes Claudius Adrianus helvetius. regis perpetuo ordinarius.
Michaël Procope couteaux.

Joannes baptista Mongin. regis ordinarius
Joannes franciscus Coutier.
antonius geoffroy.
Joannes Nicolaus dela hire.
hyacinthus Theodorus Baron.
Camillus falconet.
ægidius adam chirurgiæ idiomate gallico professor.
Thomas-bernardus Bertrand.
franciscus Poulle.
Joannes baptista Thomas Martineng. pathologiæ professor
Joannes baptista Silua.
antonius de Jussieu.
Joannes Besse.
henricus Besnier.
Elias Col de villars. physiologiæ professor.
Petrus antonius Lepy.
antonius le Moine.
franciscus antonius Le Dran.
andreas de saleu.
franciscus Bailly.
Claudius antonius Renard.
Petrus afforty.
Nicolaus Letellier.
Joannes Mathæus Le bert.
Joannes-baptista-faustus alliot de Mussay.
Michaël Peaget.
Jacobus antonius Millet.
Joannes franciscus Leaulté.
Michael ludouicus vernage.
Ludouicus Claudius Bourdelin, materiæ medicæ prof.
Emanuel Mauritius du vernay.
Ludouicus de Santeul.
Claudius Brunet.
Joannes Damianus Chevalier.
Claudius de la vigne de frecheville.
gabriel antonius Jacques.
Josephus de la grive. non regens.
guillelmus de Magny.
Ludouicus Simon Emmerez.
Petrus Maloët.
Jacobus brant.
Philippus Dauier de breuille.
Thomas Renatus galmier.
andreas Josephus Seron.
Jacobus Julianus Carrel.
David vasse.
Nicolaus Le Roy de saint aignan.

quæ nomina et cognomina publicé recitata sunt a bidello in prima quodlibetariâ die Jouis decima octaua mensis nouembris anni millesimi septingentesimi vigesimi tertii.

quæstiones quodlibetariæ.

Die Jouis decima octauâ nouembris 1723 — disputauit extrà ordinem de quodlibetariâ quæstione magister Nicolaus Le Roy de Saint aignan — respondente baccalaureo M. Ludouico Cosnier et erat quæstio affirmatiuè conclusa.
an morbus hæreditarius arte sanabilis?

Die Jouis trigesima decembris anni millesimi septingentesimi vigesimi tertii disputauit in ordine suo ~~Magi~~ de quodlibetaria quæstione, magister Claudius de la vigne de frechenille respondente baccalaureo m. Ludouico du vrac Rothomagensi et erat quæstio an uariolas inoculare nefas? et conclusit ergo uariolas inoculare nefas.

Die Jouis uigesimâ septima Januarii anni millesimi septingentesimi uigesimi quarti — disputauit in ordine suo, de quodlibetariâ quæstione, magister Joannes Damianus Cheualier: respondente baccalaureo m. Ludouico Joanne le thieullier — Laudunensi: a sextâ matutinâ ad meridiem. et erat quæstio affirmatiuè conclusa.
an pestis curatio ex symptomatis?

Die Jouis uigesima quarta februarii anni millesimi septingentesimi uigesimi quarti disputauit in ordine suo de quodlibetaria quæstione magister Claudius Brunet, respondente baccalaureo m. — guillelmo Josepho del'Espine parisino. a sexta matutinâ ad meridiem. et erat quæstio affirmatiuè conclusa
an frequentiores atque periculosiores in uariolis præjudicatæ opiniones?

Die mercurii decima septimâ nouembris 1723. disputauit de pastillaria quæstione Magister Nicolaus Le Roy de Saint aignan. et erant quæstiones
an sint { morbi hæreditarii?
an a solidis?

primam proposuit in utramque partem m. Ludouico Cosnier baccalaureo qui loco candidati respondit. secundam proposuit in utramque partem, magister Joannes Pelchard Magistro Claudio Brunet qui eam resoluit.

quæstiones Cardinalitiæ.

Die Jouis decimâ sextâ martii 1724 disputauit in ordine suo Magister Joannes baptista Chomel medicus regis ordinarius respondente M. Ludouico Cosnier baccalaureo, de cardinalitia quæstione quæ fuit affirmatiuè conclusa
an sint sanitati utiles animi motus?
D. Pelchard præfuit pro M Chomel.

Die Jovis Sextâ aprilis anni 1724.
disputavit de cardinalitia quæstione magister andreas Cvellé respondente baccalaureo M Ludovico du vrac et erat quæstio affirmativé conclusa
an parisiensis agri tenuia vina, burgundo, et campano ✱ salubriora?
magister Petchard achi præfuit pro Magistro Cvellé.

orationes publicæ.

die dominicâ vigesimâ primâ mensis novembris, anni millesimi septingentesimi vigesimi tertii hora tertia pomeridianâ Magister Elias Colderilars physiologice professor instaurationem scholarum auspicatus est oratione eleganti in scholis inferioribus. erat argumentum, medicinam nusquam non esse, et optimam comparatu difficilem.

die dominica vigesima octavâ mensis Nov. 1724. magister Ægidius Adam chirurgiæ professor sermone gallico, orationem habuit idiomate vernaculo in scholis inferioribus, quâ demonstravit a Medicis semper fuisse edoctam chirurgiam. aderat Dominus abbas Minguy illustrissimus in curiâ senator, et causæ inter facultatem et chirurgos parisienses cognitor.

administrationes anatomicæ.

die Sabbati undecima mensis Martii anni millesimi septingentesimi vigesimi quarti. hora sesquisecunda pomeridiana, Magister Ægidius Adam chirurgiæ idiomate gallico professor, anatomiam in cadavere humano celebravit, in scholarum amphitheatro, operante M: Collignon filio chirurgo parisiensi. gallicé locutus est. maxima fuit auditorum frequentia. sicque ad finem prosecutus est.

operationes chirurgicæ.

die dominicâ secunda mensis aprilis anni millesimi septingentesimi vigesimi quarti magister ludovicus guillot chirurgiæ professor, operationes chirurgicas exhibuit in cadavere humano; in scholarum amphitheatro: et more solito latiné locutus est, auditorum frequentissimorum plausu. sicque ad finem prosecutus est, manum admovebat M. Collignon filius chirurgus parisiensis.

Nulla cura obtinere prius potuit cadaver decanus, in quo fierent hæ administrationes.

opera galenico-chymica.

Die Martis decimâ sextâ mensis Maï anni millesimi septingentesimi uigesimi quarti, hora post meridiem tertia, Magister Guido-Erasmus Emmerez ex decanus, censor academiæ et pharmaciæ professor opera Galenico chymica in publico Scholarum amphitheatro auspicatus est oratione eleganti, et diebus hebdomadarum subsequentium Martis et Sabbati prosecutus est strenuè. operi manum admouente M. antonio Barbe pharmacopoeo parisiensi. primæ huic demonstrationi adfuit decanus honoris causâ.

obitus doctorum.

die lunæ septima februarii anni 1724 propè gades in hispaniâ mortuus est magister Ludouicus Le Dran. anno ætatis suæ 34°. et in eadem ~~[illegible]~~ regione sepultum est corpus. profectus erat mense nouembri 1723 Rupellâ, ad Mexicum; appulit gades, ubi diù ægrotauit. ad ualetudinem confirmandam rusticatus est ad tres ab urbe leucas. post dies quindecim melius habere existimauit, ita ut solita officia per noctem reculauerit. solus in cubiculo mansit et mortuus manè repertus est. a fratre morte cognitâ; parentatum est ei, in sacello Scholarum, die Sabbati decimâ octauâ Martii 1724. interevant sacro, frater ejus et sororis conjux quos monuerat decanus.

Comitia facultatis.

Die Jovis nona decembris anni millesimi Septingentesimi vigesimi tertii hora tertia pomeridiana convocati sunt doctores omnes medici in scholas superiores de codice medicamentario tandem absoluto decanum audituri.

Exposuit decanus, die martis secunda Januarii 1714 decretum fuisse a facultate, ut codex medicamentarius exscriberetur. Nominatos fuisse una voce magistros Dominicum Desarcy. franciscum Afforty. et Philippum Caron nunc decanum, ex ordine majori. e minori vero Ludovicum Lemery. Stephanum franciscum Geoffroy. antonium de Jussieu. qui cum decano magistro Philippo hecquet et magistris Joanne baptista Doÿe et claudio Guerin pharmaciæ professoribus allaborarent huic operi.

ab eo tempore supra dicti allaborarunt apud decanum magistrum Philippum hecquet.

Decano magistro Joanne baptista Doÿe, opus est intermissum.

Die veneris vigesima februarii 1722. convocata fuit facultas ut audiret magistrum Michaëlem ludovicum Reneaume de la garanne, de codice medicamentario incepto nec finito. dixit magister Reneaume doctores plures ab aliquot annis a facultate nuncupatos fuisse qui allaborarent codici perficiendo qui et facultatis dignitati responderet, et ægris foret utilis, quin et pharmacopoeis. illum quidem codicem inceptum fuisse nec finitum; quare postulare se ut tunc temporis quo ipse professor est pharmaceuticus; velit facultas rogatum eos qui jam laborarunt, et alios appellare, loco eorum qui non adsunt, aut tempus suum dare non possunt huic operi, ut opus illud perficiatur ad ordinis honorem.

quo audito, censuit facultas dictum opus absolvendum esse et nominavit magistros Reneaume, de la hire et Coldevilars, qui rem hanc curarent cum aliis nominatis et cum facultate conclusit decanus, appositque nomen suum Guido Erasmus Emmerez

Die lunæ decima nona octobris anni millesimi Septingentesimi vigesimi secundi postridie divi Lucæ habita sunt pro more comitia.

In his comitiis, quibus frequentes erant magistri, plures petierunt a decano, vellet mittere in deliberationem, rem quæ pertinet ad novum codicem et quæ in duobus aliis comitiis minus bene intellecta dijudicari non potuerat. addiderunt et quod trina deliberatione ad rem ejusmodi majoris momenti, opus erat: quæ quidem tertia deliberatio in præsentibus

comitiis, quæ annua sunt et solenniora, recte omninò et ex statutis facienda.

Itaque decanus libenter rem hanc misit in deliberationem pro tertia vice. auditis magistris Michaële Ludovico Reneaume et Joanne Nicolao de la hire, censuit facultas.

1°. rogandos magistros qui huic codici allaborarunt, velint inchoatum opus perficere.

2°. omnia quæ ab ipsis præscribentur, danda esse pharmacopoeis peritissimis ad id nominatis, præparanda et conficienda; ut jam actum fuit.

3°. eorum quidam absoluta sunt omninò et experta, quinque exemplaria esse sine ullâ morâ, manu peritâ describenda, quorum unius exemplaris paginæ singulæ subsignentur ab uno quoque magistrorum qui huic operi allaborarunt, ut posteà addantur etiam alia quæ supersunt perficienda, statim atque perfecta fuerint.

4°. ut exemplar illud cujus singulæ paginæ subsignatæ, in arcâ facultatis cujus clavis est in manibus decani, asservetur. ut ad illud tanquam ad legem et normam aliorum recurratur, si unquam opus sit.

5°. alia quattuor exemplaria in superioribus scholis esse exponenda per unius mensis spatium, à die quâ primùm exposita fuerint, ut per illum mensem quisque doctor, si voluerit, legat et relegat omnes compositiones quas suo syngrapho subsignabit, si approbaverit aut si quid in iis minus bene visum fuerit, in papyro peculiari adnotet.

6°. ut decanus post mensem convocet facultatem ut si quid dubium, vel minus bene visum fuerit alicui, illud definiatur ilicò, statuaturque ex tempore quod melius erit et a majori numero probatum.

7°. cautiones omnes necessarias adhibendas esse per dictum mensem ut statim illo elapso, codex ille novus prælo committatur. sub cujus fine describentur nomina et cognomina magistrorum actu tunc regentium; ut etiam pharmacopoeorum actu tunc viventium. præterea in hujus operis calce conscribatur syngrapha qua pharmacopoeorum præfecti se omnes hujus codicis medicamentorum formas ex facultatis præscripto experimentis suis feliciter tentasse testentur.

8°. decretum illud esse pharmacopoeis per majorem apparitorem denuntiandum et sic conclusit decanus et obsignavit Guido Erasmus Emmerez.

excerptum è commentariis facultatis pag. 301. et 302. quod testor Philippus Caron decanus

his lectis, res missa est in deliberationem, et cum jam lex constaret decreto lato decimo nono octobris anni 1722. pro majori suffragiorum parte, censuit facultas cuilibet doctori exponendum codicem in Scholis Superioribus, singulis diebus ab horâ nonâ matutinâ ad meridiem. et ab horâ secundâ — pomeridianâ ad quintam. ut quisque legere possit et animaduertere quæ é re judicauerit et scripto nomine suo obsignato dare quálibet decanum facere certiorem; ut post examen, facultas conuocata judicet. Incipiendum examen die lunæ decimá tertiá decembris anni millesimi septingentesimi
1723 uigesimi ~~quarti~~ tertii et prorogandum ad uigesimam diem mensis januarii anni 1724. et sic — conclusit. Philippus Caron decanus

Ut decretum facultatis sortiretur effectum, ad — singulos doctores per apparitores, schedulam hanc monitoriam misit decanus, ut moris est.

Nouerint doctores omnes medici parisienses, cuilibet doctori exponendum esse codicem medicamentarium in Scholis Superioribus, singulis diebus ab hora nonâ matutinâ ad meridiem: et ab hora secunda pomeridianâ ad quintam. ut quisque legere possit et animaduertere quæ é re judicauerit, et scripto nomine suo obsignato, dare qualibet decanum facere certiorem: ut post examen, facultas conuocata judicet.
Incipiendum examen die lunæ decima tertia — decembris anni 1723. et prorogandum ad diem uigesimam Januarii 1724.
juxta decretum facultatis latum die nona decembris 1723. P. Caron decanus.

factum est juxtá decretum. patebant fores, — prostabant codicis exemplaria, aderat decanus, horis dictis aut ejus loco doctor aliquis, maximé ex iis qui codici scribendo dederant operam. Stabant apparitores, focus ardebat, erat charta, atramentum plumæ scriptoriæ. Nomina eorum qui accedebant scribebantur, notatis diebus et horis.

Die Sabbati uigesima secunda Januarii anni millesimi septingentesimi vigesimi quarti hora decima matutina post sacrum conuocata est facultas per schedulam ad doctores singulos delatam ab apparitoribus, deliberatura de codice — medicamentario á die decima tertia mensis decembris 1723 ad diem uigesimam mensis januarii 1724 examini exposito; juxta decretum latum die jouis noná ejusdem mensis decembris 1723.

Dixit decanus ~~tempus~~ examini destinatam esse

elapsum: perpaucas esse animaduersiones, quas legit coram omnibus et statim re missa in deliberationem, appellati sunt doctores qui ex ordine censuerunt typis quamprimùm esse mandandum codicem medicamentarium, adhibitis conditionibus designatis in variis comitiis. quillau facultatis typographus præferretur cæteris paribus. privilegium nomine facultatis expedaretur. sicque ex consensu unanimi conclusit Philippus Caron decanus

decreti finem pro virili prosecutus est decanus occasione datâ, ut postea patebit.

Die lunæ vigesima quarta Januarii 1724 horâ tertia pomeridiana, conuocata est facultas per schedulam more solito ad singulos delatam, deliberatura de examinatoribus candidatorum eligendis cereis distribuendis.

rebus missis à decano in deliberationem, unanimi consensu decretum est, non esse adhuc hoc anno distribuendos cereos, quiá res facultatis in angusto versabatur.

deliberatum quoque de re Academicâ. quoniam apud Rectorem dictum erat ad minuendas impensas non incongruum videri; Rectorem ire ad Regem duobus tantum apparitoribus præcedentibus, oblaturum cereum. verùm facultas censuit, ordines academiæ gaudere apparitorum comitatu, et ex consuetudine omnes præcedere Rectorem et deputatos ordinum: nihil immutandum. et sic factum est.

Examinatores more solito eligerentur, decretum est. Statimque nomina præsentium ex majori ordine conjecta sunt in urnam. et sorte ducti sunt electores Magistri

Franciscus Afforty.
Franciscus Goüel.
Claudius du Cerf.

postea ex minori ordine, nomina in urnam conjecta sunt et sorte ducti electores Magistri

hyacinthus theodorus Baron.
Michaël Peaget.

hi in sacellum secesserunt, et deliberatione inter se habitâ, elegerant è majori ordine Magistros

Petrum Joannem Burette.
Jacobum Benignum Winslow.
Claudium Vergnes.

è minori ordine magistros

Thomam Bernardum Bertrand.
Claudium Brunet.
Jacobum Trant.

Electi è majori ordine in urnam conjecti sunt et sorte ducti Magistri

Jacobus Benignus Winslow.
Claudius Vergnes.

è minori ordine sorte ducti Magistri

Thomas bernardus Bertrand.
Claudius Brunet.

Sic unanimi consensu actum est et conclusit decanus

Philippus Caron

peractis rebus præcipuis, dixit decanus, La grive -
appavitorem, petere honovarium pro operas extraordinaria
præstitâ, locoque dum examen fieret codicis medicamentarii
quod viginti novem dierum fuit placuit facultati
rem committere decano, cui proponenti largitionem
sexaginta librarum, annuit facultas sine deliberatione.
sicque a decano factum est.

Juxta facultatis decretum, curavit decanus, ut codex -
medicamentarius typis mandari posset. ideo petiit a Magistro
Burette, vellet occupare Dominum de vienne Abbatem
illustrissimum et in curiâ senatorem qui pro illustrissimo
sigillorum regiorum custode, invigilat negotiis ad libros
excudendos pertinentibus. fecit Magister Burette libenter
et pro sua autoritate obtinuit, a facultate postulatas
conditiones, unde exceptâ. erant conditiones, ut privilegium
esset typis mandandi codicis nomine facultatis. 2. -
nulla esset approbatio censorum sed ipsius facultatis.
3°. privilegium numero annorum non coerceretur.

Die septimâ Martii 1724 Magister Petrus Joannes
Burette qui et ipse librorum censor, ad decanum litteras
dedit, quibus eum fecit certiorem de operâ pro codice -
navatâ. conveni, inquit, Dominum de vienne, conditiones
a facultate expetitas exposui. respondit, privilegium
non concedi nisi numero annorum definito, sed facultati
concessum iri quod in gratiam cujuscumque disponat
et cujus ante tempus exhaustum provogationem obtinere
possit. 2°. facultatem privilegium istud habituram
sua sola approbatione. quia nempe materia est juris
medici, ad facultatem pertinentis. de hac re allocuturum
se illustrissimum sigillorum regiorum custodem DD
d'Armenonville postridie, octava martii. et alle-
operæpretium cum decanus adiret cum adjunctis Magistris
togatis ad illustrissimum sigillorum regiorum custodem
die jovis proxima nona martii circiter horam nonam
matutinam. vocavit decanus duos magistros sed tempore
definito urgente profectus est cum solo magistro guidone
Erasmo Enmerez censore qui solus præstò fuit allocutus
est virum Illustrissimum nomine facultatis. ipse perhumaniter
excepit postulationem nostram et annuit, arbitrio D.
abbatis de vienne privilegium concessum iri et instrumento
publico confirmatum.

Convenit decanus Dominum de vienne, tradidit codicem,
petiit ut fieret instrumentum privilegii. promisit et
fecit D. de vienne summa cum gratia. die Jovis trigesimâ
martii, instrumentum privilegii scriptum est et sigillo
regio munitum. Decano convenienti benignè dixit
D. de vienne a se volente omissum facultatis nomen,
nullumque scriptum; quia cum societati scribitur,
quadrupla est impensa, licet nulla utilitas. hoc -
instrumentum prorsus absolutum misit ad decanum
die decima octavâ aprilis 1724 per de Mare ejus
a secretis. die dominica sequenti 23 aprilis gratias
egit decanus D. de vienne et D. abbati Brissard qui
operam dederat instrumento conficiendo, cuique
fidem dedit decanus, codicem typis mandatum iri
fideliter, et tunc erat -

toto mense decembri 1723. Januario 1724 spes fuit judicii causæ facultatis adversus chirurgos et assidua fuit sollicitatio ex impulsu facultatis, quæ mirabatur tempore tam diuturno procrastinari judicium litis suæ. ægerrimè ferebat relationes decani satagentis nec satis promoventis. mense februario Excellentissimi Domini de Novion nuper appellati præsidis primarii in locum Domini de Mesmes fato functi, ægritudo moram injiciebat. die duodecima februarii Droüart procurator scripsit ad decanum, convenisse se Dominum Minguy; sed operæ pretium esse ut decanus sciret a Domino protopræside, an vellet per se cognoscere rem facultatis, an permittere ut cognosceretur ab Illustris. præside de la moignon. effecit magister Emmerez censor apud Dominum Minguy cognitorem causæ, ut ipse sciret a Domino protopræside, quid vellet. fecit, et D protopræses voluit ipse interesse judicio. cura igitur decani et magistri Emmerez censoris intensa est. quâ die adivimus excellentissimum Dominum sigillorum custodem, eâdem adivimus senatores deputatos DD. Pucelle, ferrand, Palu. pridie D. excellent. protopræsidem. anteà pluries D. Minguy. Cum referebatur ad facultatem quod in dies fiebat; exposcebant singuli quâ die judicium esset sperandum ut quisque sollicitaret judices. sed nihil certi habere potuimus, nec ullus anteà movit.

Die sabbati undecimâ Martii 1724 causa parum faustè judicata est. omnes indignati sunt et sua consilia plurimi proposuerunt, non ex re satis cognitâ.

Die martii scholarum valvis et in compitis tabellæ affixæ sunt ex decani præscripto et a majori bidello obsignatæ, quibus examen futurum candidatorum medicinæ promulgabatur. dies dicta est vigesima quarta mensis martii quia dies sabbati 25a sacra est annuntiationi beatæ mariæ virginis.

Die veneris vigesima quarta mensis Martii anni millesimi septingentesimi vigesimi quarti hora decima matutina convocata est facultas per schedulam ad omnes delatam, candidatorum supplicationem auditura.

Candidati sex supplicaverunt MM.

Bernardus de Jussieu lugdunæus.
franciscus Mery, parisinus.
Joannes Joachimus Costar, parisinus.
Paulus Jacobus Malouin, cadomæus.
Petrus Noguez benearnensis.
Joannes baptista Du bois Constantiensis sanlodoæus.

antequam admitterentur Candidati, magister antonius de Jussieu orationem habuit elegantem, quâ ab ordine postulabat ut frater benignè exciperetur et eâ humanitate quam erat expertus. promisit facultas salvis statutis.

dixit decanus, in comitiis academiæ propositum fuisse. augenda stipendia cantorum in supplicationibus et honorarium quod solet erogari ecclesiæ ad quam proceditur. itaut pro assibus duodecim, viginta concederetur cantori cuique. ecclesiæ, pro libris tribus et viginti, quinquaginta libras largiretur academia. placuit facultati, more solito agendum, nec impensas augendas. sicque conclusit decanus Philippus Caron

admissi sunt candidati. in bernardus de Jussieu oratione diserta, omnium nomine postulavit, ut votis faveret facultas et benigné audiret obsequentissimos et labori deditos, qui cordi unicé habebant, lauream doctoralem prosequi, probatione omni et licentiæ exercitiis redimere.

Audiuit facultas et diem dixit lunæ vigesimam septimam Martii hora tertiá pomeridiana quá sisterent se coram facultate eadem veste indutos et litteris testimonialibus munitos, quibus fidem facerent ætatis, patriæ, religionis, studii et magisterii in artibus.

demore ab antiquioribus magistris interrogati sunt breuiter singuli de una quæstione medicá et dimissi sunt.

Die lunæ vigesima septimá Martii anni 1724 stiterunt se coram facultate hora tertia pomeridianá eodem habitu, ut fuerat indictum: et litteras testimoniales tradiderunt suas singuli et dimissi sunt.

tum facultas uiua voce appellauit tres e majori ordine magistros

Joannem Cordelle.
Michaëlem procope couteaux.
Philippum fontaine.

tres é minori ordine Magistros

antonium de Jussieu.
andream de Lalu.
Jacobum antonium Millet.

qui litteris examinandis operam suam collocarent, die veró sabbati proximé sequenti coram facultate referre tenerentur. et sic conclusit decanus — Philippus Caron

Die sabbati prima mensis aprilis anni 1724 hora decima matutina, post sacrum, conuocata est facultas de re grauissima. i.e. senatus consulto lato undecima martii 1724 judicio nempé causæ suæ aduersus Chirurgos; deliberatura. atque etiam auditura relationem clariss. virorum qui præpositi fuerunt litteris candidatorum examinandis et de eis judicaturi.

per juramentum inscribebatur. quia de rebus præcipuis facultatis agebatur.

Primum actum est de Candidatis. magistri litterarum testimonialium examinatores retulerant facultati excerptum è litteris et judicium facultati reliquerunt. sic autem erat.

m. Bernardus de Jussieu lugdunensis litteras testimoniales exhibet quibus nihil omninò deest è requisitis.

Franciscus Mery parisinus in parocciâ Sancti Christophori Sacro baptismate lustratus est die primâ junii 1701.
magister in artibus renuntiatus est die 12 Septembris 1720.
lectiones professorum facultatis excepit ab anno 1720 ad annum 1723.
his annis nomen dedit facultati.

Jacobus Joachimus Costae parisinus Sacro baptismate lustratus est in ecclesia parocciali Sancti Eustachii die nona octobris anni 1701
magister in artibus renuntiatus est die 24 oct. 1721.
lectiones professorum excepit ab anno 1721 ad annum 1723.
nomen dedit facultati his annis.

Paulus Jacobus Maloüin Cadomaeus Sacro baptismate lustratus est in ecclesia Sancti Joannis Cadomi, die 29 junii 1701. litterae testimoniales parocci non erant a judice comprobatae. Sed decimo quinto aprilis in comitiis habitis pro rationibus decanatus, eas exhibuit comprobatas.
Lauream doctoralem obtinuit in academia Rhemensi die tertia februarii anni 1724.

Petrus Noguez Beneavnensis nullas habet litteras quibus sit fides de aetate et baptismate sed eas expectat in dies.
doctor medicus in academia Rhemensi renuntiatus est die septima augusti 1721.

Joannes baptista Dubois Constantiensis Sanlodouaeus, Sacro baptismate lustratus est in ecclesiâ Sanctae Mariae de Saint Lo, die Secundâ junii 1696.
magister in artibus renuntiatus est parisiis die quinta februarii 1724
Lectiones professorum excepit ab anno 1719 ad annum 1721
his annis dedit nomen facultati.

Super hac re deliberatum est, et fuit sententia facultatis ut omnes admitterentur ad examen. ita ut magister Noguez afferret litteras testimoniales quibus constaret eum Sacro baptismate lustratum, antequam admitteretur ad principium baccalaureatus. et m Paulus Jacobus Maloüin litteras suas a judice comprobatas haberet fecit ut scripsi superius. sicque conclusit decanus

Philippus Caron

2°. in iisdem comitiis actum est de senatus consulto, die undecima martii 1724 lato super negotio facultatem inter et chirurgos. lectum est senatusconsultum. re missa in deliberationem, sententia fuit, consulendos esse patronos peritos et celebres de re praesenti et de

abrogandis statutis chirurgorum.

3°. Instituendum, ut deinceps baccalaurei singuli, praeter tres theses consuetas, propugnarent thesim de chirurgia.

4°. appellarentur qui negotium adversus chirurgos curavere.

5°. decanum rationem redditurum litterarum authenticarum facultatis, quarum recentio scribebatur. et sic cum facultate conclusit decanus Philippus Caron

Die lunae tertia aprilis 1724 hora secunda pomeridiana connocata est facultas pro examine physiologico. antequam ingressi essent scholas superiores candidati, actum est de postulatione magistri Guidonis Erasmi Emmerez, censoris: qui exposuit facultati, uxorem Lagiviae majoris apparitoris esse eadem die fato functam. eum prae inopia, non esse solvendo sumptus funereos et non convenire facultati, ut a paroecho obtineat, sine retributione funus perfici. sed existimare benefactum a facultate, si concedat unde fiat non inhonestum funus. Unanimi consensu praesentium concessa est summa septuaginta quinque librarum et sic conclusit decanus Philippus Caron

Die sabbati octava mensis aprilis anni 1724. connocata est facultas per schedulam ad singulos doctores delatam ab apparitoribus, deliberatura
primum de thesi cardinalitia die jovis praecedenti, scilicet sexta aprilis propugnata in scholis inferioribus praeside magistro Andrea Cressé aut ejus loco magistro Joanne Petchard. baccalaureo respondente m Ludovico du Vrac Rothomagensi. cujus erat quaestio affirmative conclusa.
an parisiensis agri tenuia vina, burgundo, campano et caeteris salubriora?
Capsa suffragiorum aperta coram facultate, omnia suffragia reperta sunt facta et unanimi consensu facultas rata et grata habuit responsa, thesimque probatam. sicque conclusit decanus Philippus Caron

2°. actum est de examine diebus lunae, martis, mercurii, veneris peracto. Auditi sunt examinatores clarissimi quorum sententia fuit, ut tres cum laude, tres sine animadversione admitterentur. nullum tamen appellaverunt. re missa in deliberationem per scrutinium, Magister Germanus Preaux in capsam conjecit chartulam in qua sententia continebatur. sic caeteri deinceps. Capsa aperta, reperta sunt suffragia triginta novem admittentium.
quinque excipiebant duos vel tres.
Numero admittentium accedebant examinatores.
ea tamen fuit conditio ut MM. Noguez et Malouin afferrent litteras testimoniales quibus fides esset ipsos sacro baptismate lustratos. juraventque omnes se propugnaturos thesim de chirurgia juxta mentem

facultatis, præter tres theses consuetas. alioquin
non admittantur ad examen materiæ medicæ.

fidem dedere facultati pro more et sacramenti formulæ
additum est de thesi chirurgica cui assentere diserte.
sicque conclusit decanus Philippus Caron

3°. Emeriti baccalaurei postulavere manumissionem
et admissionem ad examen practicæ medicinæ. res
venit in deliberationem et manumissi, admissi sunt
ad examen medicinæ practicæ præstitis præstandis. et
cum pluribus. sic conclusit decanus Philippus Caron

4°. proposuit decanus deliberandum de negotio
facultatis propter aulæa, verum Magister Germanus
Preaux è præsentibus antiquior, censuit prius
Nominandos examinatores rationum prioris anni
decanatûs et statim processum est. in urnam conjecta
sunt nomina magistrorum præsentium è majori
ordine et sorte ducti sunt Magistri

Guido Erasmus Emmerez.
Claudius du Cerf.
Jacobus fourneau.

Similiter factum est de minori ordine. nomina
in urnam conjecta sunt, et sorte ducti sunt Magistri

Petrus Afforty.
Ludovicus de Santeul
gabriel antonius Jacques.

sicque conclusit decanus Philippus Caron

5°. actum est de negotio facultatis cum le Valleur
aulæorum textore, propter aulæa. censuit facultas
appellandos esse qui negotium curarent et octo
deputati sunt scilicet è majori ordine, Magistri

Guido Erasmus Emmerez vel franciscus Afforty.
Ludovicus Lemery.
Nicolaus Andry.
Michael ludovicus Reneaume de la garanne.

è minori ordine Magistri

Andreas de saleu.
Nicolaus le tellier.
Joannes baptista Thomas Martineng.
Claudius de la vigne de frechenille.

sic cum majori numero conclusit decanus
Philippus Caron

Die decima quinta mensis aprilis anni 1724
convocata est facultas in scholas superiores hora secunda
pomeridiana, auditura relationem virorum clariss.
qui commentariis et rationibus examinandis
præpositi fuerunt et rationes ipsas decanatûs. atque
de appellandis qui curent rem facultatis de qua
jam dictum est, scilicet negotium facultatis cum
chirurgis et quæ sunt opus facto super senatûs
consulto die martii undecima lato, deliberatura.

Rumor erat missum in deliberationem die Sabbati octavâ aprilis anni 1724 ut appellarentur doctores ex superiori et inferiori ordine, qui curavent quæcumque essent opus facto in negotio inter facultatem et chirurgos, eoque judicato die undecima Martii. deliberatum est tamen hac die octava aprilis de appellandis qui curavent negotium de aulæis facultatis cum Le vasseur aulæorum textore. hodie decima quinta ejusdem mensis aprilis anni 1724 propositum est a decano ut appellarentur qui curavent negotium facultatis cum chirurgis. re missâ in deliberationem eosdem appellaverunt omnes scilicet ex majori ordine, magistros

Guidonem Erasmum Enmerez et franciscum Afforty
Ludovicum Lemery.
Nicolaum Andry.
Michaëlem ludovicum Reneaume de la garanne

é minori ordine Magistros

Andream delaleu.
Nicolaum letellier.
Joannem baptistam Thomam Martineng
Claudium de la vigne de frecheville.

et sic conclusit decanus Philippus Caron

auditâ relatione clariss. virorum qui præpositi fuerant examinandis commentariis et rationibus decani et die mercurii proximè præterito duodecimo aprilis vacaverant huic discussioni, rationibus ipsis palam discussis et probatis, deliberatum est de summa quæ singulis erogaretur. varii varia sensere, longè plures ... erogari duos nummi argentei trientes, sive summam trium librarum cum assibus sex et denariis aliquot. cum his conclusit decanus et ab eo illicò factum est. Philippus Caron

Die martis secundâ mensis mai anni millesimi septingentesimi vigesimi quarti hora tertiâ pomeridianâ convocata est facultas in scholas superiores, de sententiâ Magistrorum francisci Afforty et Nicolai letellier per accensum die veneris vigesima octavâ aprilis ejusdem anni significata decano, deliberatura.

Invitati erant hi magistri more solito et ordine, ut apud Chirurgos adessent examini dicti fouberr chirurgiæ candidati. existimaverunt é re facultatis esse ut abstineretur ab hoc actu quia sic obtemperaretur senatus consulto lato die undecima martii proximè elapsi. Cum autem agatur de jure facultatis, decanus apposuit schedæ monitoriæ, per Juramentum.

Exposito negotio et lecto instrumento publico significationis, Magister franciscus Afforty dixit se consultum habuisse D. delavigne patronum et D. Gouallard procuratorem qui ambo suaserunt ut abstinerent et significarent decano ut abstineret ab actibus chirurgorum. poposcitque a facultate ut probaret facultas ab ipsis factum et ... haberet coram judicibus.

2°. ut quidquid inconsulta facultate a quibusdam decanis vel doctoribus apud chirurgos actum fuit hactenus, vel contra sanctiones cum illis initas annis millesimo quingentesimo septuagesimo septimo et millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto. vel etiam contra statuta nostra, edicta, senatus consulta lata annis millesimo sexcentesimo trigesimo quinto et millesimo sexcentesimo sexagesimo, — irritum et tanquam non factum habeatur.

3°. ut facultatis decanus, quisquis sit, non intersit actibus chirurgiae candidatorum, nisi litteris testimonialibus pateat facultati, eos doctoris chirurgici in scholis nostris lectiones chirurgicas per debitum tempus excepisse. quod si verò intersit iis actibus, id fiat cum intercessione nomine facultatis et salvis in omnibus facultatis juribus.

Post scriptam expositionem, propositit decanus, an nomine deputatorum omnium an suo nomine postularent? suo nomine expostulare dixerunt.

res missa est in deliberationem et appellati doctores ex ordine tulere suffragia. quindecim censebant eundem ad chirurgos sed factâ et significatâ protestatione, futurum ut salvo jure facultatis adessent. septem censebant abstinendum ab actibus chirurgorum et consulendos patronos. sed cum multi certarent de variis opinionibus et nonnulli de suis contenderent, non conclusit decanus sed nomine et paragrapho firmavit ad memoriam. Philippus Caron

Post explicationem sententiarum cujusque a se factam. fuere undecim qui censerent abstinendum ab actibus chirurgorum et consulendos patronos super senatus consulto. Iam constabat de numero majori eorum qui censuerunt, ut interessent Magistri actibus chirurgorum sed protestatione facta et significatâ ut salvo jure id fieret: et sic eadem die secunda maii 1724 et in iisdem scholis superioribus, coram facultate; conclusit decanus. Philippus Caron

post conclusionem, Magistri franciscus afforty, Guido — Evalinus Emmerez, censor, franciscus Aignan, Nicolaus le tellier institerunt vehementer ut decanus secum adiret D. du Cornet patronum celebrem et ejus consilio uteretur. præsto fuit decanus. et postquam D franciscus afforty — G. E. Emmerez franciscus Aignan et Nicolaus Letellier, — præsente decano, exposuerunt quod in quæstione erat, sententiam protulit et scripto confirmavit rogante decano. Est d'avis que la protestation qu'il feroit, seroit inutille.

Die sabbati vigesima septima novembris 1723 in comitiis ordinariis, præsentibus magistris aperuit decanus capsam in quâ suffragia scripta continebantur super thesi ultimò propugnatâ præside Magistro ludovico Le Roy de Saint aignan baccalaureo Ludovico Colnier. respondente die decima nona novembris 1723. erant autem sexaginta quinque schedulæ approbantes, una improbans; quo cognito præsentes magistri censuerunt approbatam thesim et ratam. sicque conclusit decanus

Philippus Caron

Die Sabbati octava Januarii 1724 in comitiis ordinariis aperta est a decano capsa suffragiorum præsentibus magistris. reperta sunt suffragia scripta septem et quadraginta. in quibus scriptum, sufficiens. nullum incapax. thesis erat quodlibetaria magistri de la vigne de frecheuilles respondente baccalaureo m ludovico du Vrac die jovis trigesima decembris 1723. re missa in deliberationem, responsa rata et grata habita sunt et thesis probata. sicque conclusit decanus

Philippus Caron

die Sabbati vigesima nona Januarii 1724 in comitiis ordinariis capsa suffragiorum coram magistris aperta exhibuit viginti novem schedulas, quarum viginti septem erant testimonia sufficientis, duo incapacis. propugnata erat thesis quodlibetaria die vigesimâ septima Januarii 1724 præside magistro Joanne Damiano Chevalier m. Ludovico Thierlier baccalaureo respondente et erat quæstio an pestis curatio ex symptomatis, affirmative conclusa. rogatis sententiis unanimi consensu rata grataque responsa habita sunt et thesis probata. sicque conclusit decanus

Philippus Caron

notandum in catalogo doctorum nonullos esse scripta duo et triginta, suffragia viginti novem.

die Sabbati undecimâ mensis martii anni 1724 in comitiis ordinariis capsa suffragiorum coram magistris aperta est a decano et inventæ sunt schedulæ octo et viginti. tres erant in quibus scriptum erat incapax: viginti quinque in quibus sufficiens. agebatur de thesi quodlibetariâ die jovis vigesima quarta februarii 1724 propugnata præside magistro Claudio brunet respondente m. guillelmo Josepho de l'Epine baccalaureo parisino. censuerunt magistri præsentes, rata et grata fuisse responsa thesimque probatam. et sic conclusit decanus Philippus Caron

die Sabbati decima octava mensis martii anni 1724 qua parentatum est in sacello scholarum Magistro francisco Antonio Le Dran 7.a februarii prope gades mortuo. in comitiis facultatis ordinariis. actum est de thesi cardinalitiâ die Jovis decima sexta mensis ejusdem martii propugnatâ in scholis inferioribus magistro Joanne baptista Chomel præside ameius loco Magistro Joanne depiney pelchard respondente M. Ludovico Hieronymo Collier flexienti baccalaureo. coram magistris capsa suffragiorum aperta est a Decano. omnia fausta. rata et grata habuerunt responsa thesisque probata est. sicque conclusit decanus

Philippus Caron

thesis altera cardinalitia probata est die octava aprilis 1724. sic tantum pro memoriâ.

Conveniant doctores omnes medici Parisienses in scholas superiores, die lunæ decima quintâ mensis maii anni 1724 hora nona matutina: interfuturi sacro quo parentabitur Regio principi Philippo aurelianensium duci, Regni nuper regenti: pieque precaturi ut deus misericorditer agat cum principe litterarum amantissimo, erga professores nostros beneficentissimo.

aderunt si placet, togati cum humerali coccino, apud

Sorbonam, eadem die hora tertiâ pomeridiana in scholis exterioribus, audituri Magistrum Joannem delaval, — eloquentiæ professorem in Marchiano: Philippo principi Regio justa persolventem nomine universitatis. datum die veneris duodecima maï 1724.—
P. Caron decanus.

post sacrum decanus dixit, emeritos baccalaureos petere in examen medicinæ practicæ fieri quantocius. eranmuerunt M. commendauit quoque ut conscriberentur patroni de re facultatis cum chirurgis et præsentes è deputatis polliciti sunt diligentiam.

Eadem die hora quarta pomeridiana magister Joannes delaval eloquentiæ professor in Marchiano, Philippo principi Regio aurelianensium duci justa persoluit orationes elegantissimâ, nomine universitatis. comitatus sum — Rectorem amplissimum cum adjuncto magistro Guidone Erasmo Enmerez censore et reliquis academiæ ordinibus. aderant invitatæ curiæ superiores et clerus gallicanus. et pro principe filio duce aurelianensium, qui præ moerore non sustinuisset causam doloris audire, viri illustres erad id honoris causâ legati.

Die mercurii decimâ septimâ mensis Maï anni millesimi septingentesimi vigesimi quarti significauit decanus per accensum duprés, facultatis jurium decano, doctoribus et antecessoribus apud Bourdon ejus facultatis scribam et primum apparitorem, ut viri clariss. decanus, doctores et antecessores appellarent, scilicet ex ordine suo, capellanum in locum magistri Joannis Legrand fato functi et ultimi titularis capellæ è sauoisianis. quod si non fecerint, cadent jure nominationis æque ac si appellassent aliquem.

Die lunæ vigesimâ secundâ mensis maï anni — millesimi septingentesimi vigesimi quarti conuocata est facultas hac schedula ad singulos doctores delatâ.
Conuocentur doctores omnes medici parisienses in scholas superiores die lunæ vigesimâ secundâ mensis Maï anni millesimi septingentesimi vigesimi quarti, horâ tertiâ pomeridianâ, audituri relationem clarissi. virorum, qui præpositi fuerunt examinandis rebus, quæ facto — opus sunt in negotiis facultatis: et de propositione in proximis comitiis factâ, deliberaturi. datum parisiis die sabbati vigesima maï 1724. P. Caron decanus.

Primum decanus legit actum significatum ad decano, doctoribus et antecessoribus jurium.

Mox exposuit decanus causas conuocatæ facultatis. non potuisse perficere quod facultas decreverat in comitiis ultimis, quia consultus statim patronus D. du cornet coram magistris francisco afforty. Guidone Erasmo Enmerez censore. francisco aignan. Nicolao Letellier. aliter senserat. sed opus esse ut ad facultatem referret et ejus voluntatem cognosceret. præterea — accepisse schedulam a nemine obsignatam, quæ sic habebat.
Monsr. Caron doïen de la faculté est prié de se trouver s'il lui plaist, chez monsr. afforty le pere vis avis st. seuerin dimanche prochain 21 du present mois, a trois heures précises apres midi, pour affaires de la compagnie.
fait ce 19 mai 1724.

Indè conjecisse, uel aliqua de negotio facultatis perfecta uel inchoata quæ facultati aperienda. tum præpositi à facultate ad agendum de negotio quod est inter facultatem et chirurgos parisienses, petiere a facultate, dicente Magistro francisco Afforty. ut decanus tradat præ eorum manibus decretum quo appellati sunt ad hoc negotium peragendum cum autoritate facultatis.

2°. ut pecunia pro sumptibus necessariis impendenda ipsis concedatur a decano ex ære facultatis, uel sit ab ipsis mutuanda sub autoritate facultatis.

3°. ut quidquid factum fuit haetenus, uel quidquid fieri poterit impostèrum ipsis inscijs et inconsulta facultate, irritum prorsùs et pro nihilo habeatur. re missâ in deliberationem. Sententia facultatis est ut quæ præpositi petiere, à facultate obtineant et sic uobiscum concludo Philippus Caron decanus.

ad majorem securitatem uoluit decanus ut nomen adscriberet Magister afforty qui scripsit.

2°. deliberatum est, an actibus chirurgorum interesse debeat decanus et adjunctos inuitare. appellati sunt doctores et sententia fuit unanimis. ut nullus è facultate intersit donec patroni consulti fuerint et sic conclusit decanus Philippus Caron

ad eamdem securitatem uoluit quoque decanus hanc conclusionem subscriptam a magistro francisco afforty, quod fecit. eadem die lunæ 22 maij 1724. C.

Die lunæ duodecima Junii anni millesimi Septingentesimi uigesimi quarti comitia habita sunt in scholis superioribus pro examine de praxi medicâ. schedula pro more delata erat ab apparitoribus ad singulos magistros. dixit decanus accepisse a multis, quattuor medicos facultati non cooptatos interfuturos esse supplicationibus parocialibus Diui Rochi die jouis proximâ 15. huius mensis junii festa corpori Christi et sedum pensile sustentaturos. quid faciendum incumbat, uidendum.

Sententia fuit ut scriberet decanus ad hos medicos qui appellabantur D. Sydrobe, goutart, Boulen et Maubec, ne uterentur insignibus facultatis, scriberet quoque Parocho. Sed tamen antequam concluderetur, expectandos Magistros qui jam jam adfuturi erant.

Multi qui post uenerant satis habuerunt ut scriberet decanus Parocho.

cum per hebdomadam examen continuaretur, die martis decimatertia ejusdem mensis junii de eodem negotio deliberatum est et unanimi consensu facultatis, conclusit decanus obtinendum esse senatûs consultum quo medicis illis prohiberetur quominus uterentur insignibus facultatis et præsertim humerali coccino. adeundum quoque Rectorem qui uetaret.

Philippus Caron decanus

uerum procurator facultatis respondit frustra esse nec concedi senatus consultum aduersus detrimentum futurum quod posset non contingere. Rector ægrotabat. syndicus academiæ aberat.

die Jovis decima quinta Junii 1724 medici illi non ad fuerunt Supplicationibus et fratres Capucini eorum locum occupaverunt

Die Sabbati decima Septima Junii anni millesimi Septingentesimi vigesimi quarti hora decima matutina post Sacrum convocata est facultas per Schedulam ab appavitoribus ad Singulos Magistros delatam, deliberatura de examine baccalaureorum emeritorum delepine, Thieulier, du vrac, et Colmieu qui interrogati fuerant de praxi medica per hebdomadam. proposuit decanus more Solito per Scrutinium deliberandum. renuerunt multi propter commodum aliquod intentum. primum igitur appellati Sunt Magistri. variæ fuere Sententiæ, mox omnes abnuerunt invitanque hanc deliberationem voluerunt per Scrutinium de examine deliberatum est. quadraginta Sex admittebant baccalaureos ad licentiam, tredecim incapaces declarabant duæ Schedulæ erant quarum una Simul Sufficientes et incapaces declarabat baccalaureos: altera incapacem Solum du vrac. pro numero majori conclusit decanus ratum esse et probatum examen, et baccalaureos admissos esse ad licentiam.

Philippus Caron decanus

Ingressis Scholas baccalaureis pronuntiavit decanus ratum esse examen et admissos esse ad licentiam.

Eadem die Sabbati decima Septima Junii 1724 In comitiis dixit Magister Stephanus franciscus Geoffroi in colloquio Sibi dictum fuisse a D. Sydrobez Noluisse interesse Supplicationibus cum insignibus doctoris medici quibus uti Sibi licitum arbitratur; quia acceperat, hoc esse facultati injucundum. et petere ut ipse D. Geoffroy certiorem faceret facultatem de Sua erga facultatem affectione. decanus rogavit Magistrum Geoffroy ut responderet D. Sydrobez gratam fuisse facultati eius comitatem et gratias habere.

Convocentur doctores omnes medici Parisienses in Scholas Superiores, die Veneris vigesima tertia mensis Junii anni — millesimi Septingentesimi vigesimi quarti, hora tertia pomeridiana: audituri Magistrum Alexandrum Petrum Mattot et postulationem civis Parisiensis, qui judicium facultatis exposcit Super aquis Suis mineralibus Passiacis. datum Parisiis die mercurii 21 jun. 1724. P. Caron decanus.

facultas per hanc Schedulam convocata audivit Magistrum Mattot dicentem; Egere Magistrum Philippum Douté et petere a facultate, velit ipsi concedere annuam pensionem qua infirmitas Sustentetur. Res missa est in deliberationem et censuerunt Magistri ut libræ quadringentæ concederentur quotannis: ita ut Singulis trinis mensibus centum libræ, Sed per antecessum, a decano Solvantur. præterea, omnibus fruatur emolumentis, tanquam præsens etiamsi absens fuerit. Nec amplius numeretur inter eos qui capitatim — contribuunt. voluit autem facultas ut Sine consequentia id fieret Sed propter decanatum quo functus est bis. rerum venalium ad vitam necessariarum pretium, atque — infirmitatem qua invalidus est ad opus quodlibet. et Sic conclusit decanus Philippus Caron

2°. deliberatum in iisdem comitiis de aquis Passiacis et fuit Sententia facultatis ut Sorte ducerentur octo — Magistri, quattuor ẽ majori ordine, quattuor ex — inferiori qui cum decano inviderent locum et probarent aquas: relaturi ad facultatem quod fecerint

Sorte ducti sunt è majori ordine Magistri
franciscus Pioté debellestre.
Urbanus Leaulté.
Michaël Ludovicus Reneaume dela garanne.
Michael Procope couteaux.

è minori ordine Magistri
franciscus Coutier.
Joannes Nicolaus dela hire.
Elias Colde vilars.
Nicolaus Le tellier.

sic conclusit decanus. et die lunæ vigesima sexta Junii 1724 conveniet ad locum inuisendum et probandas aquas. die 23. Junii 1724 Philippus Caron decanus

die lunæ 26 junii 1724 deputati profecti sunt Passiacum et a meridie ad horam quintam una cum decano lustraverunt locum, solum, fontes; eorum aquas visu, gustu, odoratu, variis diversorum infusionibus probaverunt, statim atque haustæ fuerant et post tres aut quattuor horas ab haustu. aquæ Lutetiam importatæ sunt, lagenis notatis, ut cuique fonti aqua sua tribui posset. Parisiis nova quotidie facta sunt experimenta.
die Jovis sequenti vigesima nona Junii 1724 convenerunt deputati apud decanum. quæ facta sunt et perspecta a se prius, recensita et recognita sunt; contulere capita, fuitque conclusum, ut magistri Reneaume et de lahire iterum proficiscerentur Passiacum et afferrent aquæ cuiusque fontis notati et distincti quantitatem sufficientem, ut pars observaretur; pars igni imposita in vase idoneo in fumum et vapores ageretur, servata et observata materiâ superstite: pars distillaretur.
die dominica secunda Julii 1724 Magistri Reneaume et dela hire profecti sunt Passiacum. aquæ importatæ è quattuor fontibus, lagenis singulis erant fontium inscriptiones. observatæ sunt continuò. evaporationes peractæ sunt, quod residuum fuit, diligenter consideratum. distillationes accuratæ fuerunt nec minor cura destillatorum.
die sabbati octavâ mensis Julii 1724 deputati omnes convenerunt in scholas superiores hora decima matutina, et omnibus recognitis a se factis, sententia fuit unanimis, ut re discussa et missa in deliberationem jam satis; convocaretur facultas auditura quæ facta essent et judicatura.
Die lunæ decima mensis Julii anni 1724 hora tertiâ pomeridiana convocata est facultas per schedulam ad singulos magistros delatam, auditura relationem clariss. virorum qui præpositi fuerunt examinandis aquis fontium quattuor qui scaturiunt in horto D. quichou Passiaci. audito, nomine coeterorum deputatorum præsentium, Magistro debellestre, et re missâ in deliberationem, sententia facultatis fuit unanimis, eas aquas esse ferrugineas et vitriolicas. et sic conclusit decanus Philippus Caron
mox requirente Magistro Urbano Leaulté uno è deputatis, facultas fecit potestatem decano, testandi facultatem aquarum istarum, et instrumentum judicii sui tradendi D. quichou.

Eadem die decimâ Julii litteras testimoniales scripserunt deputati, eas tamen non tradiderunt D. quichou sed postridie convenerunt apud decanum ut pridie convenerat inter ipsos, hora secunda pomeridiana: expectatus magister Procope couteaux cum abesset, hora quarta censuerunt coeteri, rem esse conficiendam.—

Itaque litteras testimoniales obsignaverunt et tradiderunt D. quichou decanus. Sub hora quinta egrediens ex aedibus, occurrit Magistro Procope Couteaux in via Sancti Antonii, cui narravit quaecumque gesta erant: quaesivit Magister Procope couteaux an nomen suum fuisset adscriptum, quod affirmavit decanus, jusque conservatum. hora nona vespertina accessit D. quichou afferens litteras Magistri Procope couteaux quibus convocationem facultatis expostulat die vero martis decima octava Julii, nona post rem peractam, puerum misit sciscitatum a decano responsum, sed aberat tunc decanus erat enim hora nona matutina.

Die mercurii secunda mensis augusti anni 1724 hora tertia post meridiem convocata est facultas per schedulam ad omnes doctores delatam ab apparitoribus; deliberatura de jure rotuli et rebus academicis ad facultatem pertinentibus. exposuit decanus non omnes adfuisse actibus in scholis celebratis et legit excerptas è chartulis. re missa in deliberationem, collata sunt capita et de jure rotuli, sententia fuit facultatis ut juxta statutum solis concederetur. qui per majorem partem adfuerunt et etiam medicis aulicis et magistris le Moine et Bailly qui medicinam fecerunt pestilentia afflictis. et sic conclusit decanus Philippus Caron

postmodum deliberatum est de negotio facultatis Juvium super ordine quo procedere debet Juvium decanus cum Rectore ubi sunt deputati academiae.
placuit ut jus antiquum et ordo consuetus conservarentur et propugnarentur et sic conclusit Philippus Caron decanus

In iisdem comitiis deliberatum est de retributione singulis doctoribus eroganda pro examine de materia medicinali. placuit examen celebrandum esse die lunae septima augusti et diebus sequentibus ejusdem hebdomadae atque erogandas cuique doctori libras quindecim.
Dixit decanus ad se venisse d. Michon jure via patronum et procuratorem pharmacopoeorum carnutensium in negotio adversus chirurgos hujus urbis, qui attulit actum judicialem quo Magister letellier nomine facultatis intercessit quominus litterae regiae et decretum concilii consistoriani a Senatu describerentur in registro. nulla fuit deliberatio.

Die dominica trigesima Julii 1724 hora post meridiem tertia decanus baccalaureos emeritos ad licentiam admissos obtulit nomine totius collegii medici, Ecclesiae Parisiensis et academiae cancellario, in aula exteriore Eminentissimi cardinalis archiepiscopi parisiensis.

Die dominica sexta augusti 1724 hora post meridiem tertia guillelmus Josephus delépine è licentiandis unus eorumque paranymphus, facultatis et licentiandorum laudes celebravit in scholis inferioribus.

Die lunae septima augusti 1724 convenere doctores in aulam archiepiscopi parisiensis et suffragia de ordine licentiandorum per scrutinium tulerunt. contigit ut in secundum locum delépine et du vrac coierint suffragiorum aequalitate: judicio cancellarii penes quem jus erat decernendi, l'Epine obtinuit. hic igitur fuit ordo

1. m. Ludovicus Joannes le thieulier laudunensis.
2. m. guillelmus Josephus de Lépine Parisinus.
3. m. Ludovicus du Vrac Rothomagensis.
4. m. Ludovicus hyeronimus Colnier flexiacus.

hora decima matutina post promulgationem in sacello archiepiscopali, ordinis licentiandorum factam ab apparitore Petro lagrive coram D. cancellario, decano et doctoribus nonnullis. baccalaureis Emeritis in genua procumbentibus, cancellarius impertiit licentiam docendi et faciendi medicinam. tum Magistro Ludovico Joanni lethieulier qui primatum obtinuerat, proposuit quaestionem medicam, de quâ ubi primus ille licentiatus respondit, cancellarius, decanus, et licentiati ad aedem Beatae mariae Virginis se contulerunt Deo optimo Maximo gratias acturi, et fidem dederunt licentiati in altari Beatorum Martyrum.

Eadem die lunae septima augusti 1724 et sequentibus ejusdem hebdomadae diebus ab hora post meridiem secunda ad quintam, novi baccalaurei de omni materia medicinali responderunt.

Die sabbati duodecima augusti 1724 ~~et sequentibus ejusdem~~ hora decima matutina convocati speciali articulo doctores honorarium pro examine botanico debitum accepere.

In iisdem comitiis deliberatum est de negotio ad facultatem pertinente speciali quoque articulo indicto. dixit decanus D. Michon in curiae patronum et pharmacopoeorum carnutensium procuratorem eâ quo de litteris regiis et decreto consilii consistoriani monuit, ut certiores nos fecit die mercurii 2ª augusti, instrumento publico significasse et mandasse ut oppositionis a Magistro Letellier nomine facultatis factae octavae Julii, rationes significarentur. decano inscio et inconsulta facultate factum a Magistro le tellier et videri rem esse graviorem quam ut sic tractaretur. re missa in deliberationem, laudaverunt omnes magistrum Letellier, probaverunt et ratum habuerunt quod fecerat, dederuntque in mandatis ut rationum quas scripserat copiam faceret Magistris andry et sylva ut simul animadverterent quid conservandum aut immutandum. sic pro numero conclusit decanus Philippus Caron

Die lunae decima quarta mensis augusti 1724 facultas vite convocata in scholas superiores hora secunda pomeridiana partita est burlas pro licentiâ.

appellavit pro libro Magistri helvetius examinando, Magistros Reneaume de majori ordine, et sylva de minori, qui legerent et discuterent et ad facultatem referrent.

deliberatum quoque in iisdem comitiis de tributo annuo vulgo capitation, et sententia fuit facultatis ut solveretur tantum pro anno millesimo septingentesimo vigesimo tertio et sic conclusit decanus Philippus Caron

Initio mensis Septembris 1724 Pharmacopaei parisienses petierunt a decano et professoribus pharmaceuticis ut vellet facultas intercedere in lite inter eos motâ et candelarum artifices, super oleo è semine papaveris extracto, vulgò huile d'oeillet, et petere ut judex decerneret oleum istud non admittendum esse inter edulia sed ad ædes suas deferendum primò, ut commisceretur aliquid olei è terebenthinâ ne eo vescerentur cives, sed ad opera tantùm destinaretur.

convocata est facultas super hac re die veneris decima quintâ septembris hora tertia pomeridiana in scholas superiores per schedulam ad singulos deportatam ab apparitoribus. re exposita et missa in deliberationem, censuit ut actus visitationis officinarum a professoribus et decano celebratæ referatur ad proprætorem politiæ et indè occasio arripiatur expostulandi ut visitatio mercium ad facultatem pertinens juxta senatus consulta, reverâ fiat ut sæpè postulaverunt professores nomine facultatis. et sic conclusit decanus Philippus Caron

die sabbati septima mensis octobris anni 1724 convocata est facultas hora decima matutinâ post sacrum, deliberatura de denuntiatione chirurgis facienda per bidellum super obsequio ab ipsis facultati præstando postridiè Divi Lucæ: quæsivit Decanus an more solito fieret, an propter senatus consultum die undecima mensis Martii latum, aliquid immutaretur? re in deliberationem missâ, placuit facultati ut more solito fieret et sic conclusit decanus Philippus Caron

Die mercurii decima octava octobris 1724 Divo lucæ sacra a Parocho Sancti Stephani sacrum solemne celebratum est in sacello scholarum. frequentes interfuere Magistri qui post sacrum convocati sunt a Majori apparitore Petro Lagrive ad comitia. in his postquam decreta more solito recitata sunt, Baccalaurei juramenta de novo præstitere ut tempore admissionis suæ ad baccalaureatum erant autem quattuor, scilicet M de Jussieu Lugdunæus. M. Meri Parisinus. M. Costar parisinus. M. Malouin Cadomæus. aberat M dubois San~~[illegible]~~lonæus qui venia a decano impetratâ profectus est in patriam rebus suis familiaribus consulturus et nondum redux. juramento additum est sic volente facultate, ut responderent de chirurgiâ in actu quodlibetariæ. quod promiserunt. posteà apparitores juramentum præstitêre et ipsis fasces redditi sunt ex sententia facultatis.

tandem viri clarissimi qui appellati sunt à facultate pro examinando negotio facultatis cum chirurgis, legerunt consilium Patroni terrasson super ratione audiendorum chirurgorum qui postridiè obsequium præstare debent et ad hoc appellati sunt

ab apparitore Petro la grive instrumento solito. die lunæ 16. consuitque facultas sibi agendum esse juxtà consilium istud Patroni. et sic conclusit decanus Philippus Caron

Est autem consilium sic scriptum.

quand les Chirurgiens se presenteront le lendemain de saint Luc pour prester le serment on leurs demandera si le Lieutenant est avec eux, en cas qu'il n'y soit pas, on ne laissera pas de reçevoir le serment des quatre Prevosts comme representans la communauté; en protestant neantmoins de se pourvoir contre l'arrest aux chefs qui n'a pas ordonné au Lieutenant de venir, et aux autres chefs dans lesquels cet arrest fait préjudice a la faculté.

Comme l'arrest ordonne que les chirurgiens presteront serment de bien et fidelement exercer la chirurgie conformement a leurs statuts, il y a apparence qu'ils ne voudront point estendre ce serment plus loing; il faut cependant y ajouter qu'ils promettront de bien et fidelement exerçer la chirurgie conformement aux ordonnances edits declarations du Roi, arrets et reglemens de la cour,

Aux termes de l'arrest Ils doivent aussi apporter le catalogue des Mes Chirurgiens, on leurs demandera si tous les chirurgiens compris dans ce catalogue ont eté reçus conformement aux concordats et reglemens faits avec la faculté.

S'ils disent que oui, on leurs donnera acte de leurs declaration, s'ils disent que Non, on ne leurs rendra pas leur catalogue, mais on ne le reçevra pas et on protestera de se pourvoir contre les receptions qui n'auront pas eté faitte dans les regles.

deliberé a Paris le 16 octobre 1724 signé terrasson.

Die Jovis decima nona octobris 1724 sacrum solemne celebratum est in sacello scholarum horâ nonâ matutinâ, pro defunctis doctoribus. post sacrum comitia habita sunt pro more. Præpositi Chirurgorum tres et unus e magistris dictus flatier pro absente præposito in aula agente accesserunt cum accenso. obtulerunt facultati catalogum Chirurgorum. inscriptus erat his verbis. liste de messieurs les chirurgiens. quæsivit facultas cur magistri nomen desiderabatur et nulla mentio Barbitonsorum et protestata est hoc esse contra morem et normam. quæsivit facultas cur vicarius Primarii Regis chirurgi aberat? responderunt eum senatusconsulto die undecima Martii hujus anni lato fuisse exemptum ab hac necessitate et qu'il n'avoit que faire ici. De Jurejurando controversia fuit. juraverunt se chirurgiam exercituros juxta statuta sua. quæsivit decanus an alia esset formula juramenti in statutis suis præter consuetam eam facultate expetitam? responderunt se aliter non jaturos. sic præstiterunt, et facultas protestata est. quæsivit facultas an in catalogo scripti juxta statuta, senatus consulta, leges fuerant promoti ad magisterium? responderunt fuisse sic promotos. facultas gnara prævaricationum protestata est jura sua sibi reservata et instrumentum ab accenso scriptum a decano et præpositis chirurgorum obsignatum est.

In hoc instrumento scripta est accepti ratio vectigalis annui
pro hoc anno et praecedentibus quibus vectigal illud reliquum fuerat.
facultas decrevit nomina chirurgorum non esse inscribenda in commentariis
et sic conclusit decanus Philippus Caron
Die mercurii vigesima quinta octobris 1724. Magistri Guido-
Erasmus Emmerez censor et professor pharmaciae. Urbanus Leaulté,
claudius vergne. Joannes franciscus Coutier. Thomas bernardus -
Bertrand. Joannes baptista Thomas Martinenq. Joannes franciscus
Leaulté: Ludovicus Simon Emmerez. cum decano gratulati sunt
Illustrissimo Domino Portail in protopraesidem curiae nuper
electo, dignitatem. decano orante. omnes negaverunt
accepturos se honorarium. Magister Salvator Clusaud convenerat
illustrissimum Dominum et pridie monuerat decanum horam
undecimam matutinam fuisse designatam ad audiendam facultatem.
Sed aberat quia nocte tractus ad aegrotantem nobilem ad vigesimam
ab urbe leucam. Illustrissimus Protopraeses humanissime -
excepit facultatem, statim audivit, promisit amicitiam et favorem; -
abeuntem prosecutus est.

omissa est mentio de pharmacopoeis qui gaudent
privilegio primarii praepositi, eorum syndicus stitit se
coram facultate postridie Divi lucae cum duobus ex
iis qui eodem privilegio utuntur et fidem dedit
facultati, more solito. quartus aberat et alii excusaverunt
verum, quia peregre profectus erat. indulsitque facultas
ea conditione, ut in exemplum non transiret.

Res gestæ In Academia

anno Domini millesimo Septingentesimo vigesimo ~~quarto~~ tertio die Sexta Novembris habita Sunt comitia ordinaria apud Rectorem amplissimum Magistrum Guillelmum Dagoumer Primarium collegii harcuriani. admissi Sunt Supplices Sex. actum est de Iure Scholaritatis vindicando et asserendo. De Iure academiæ in bibliopolas, de eorum instituendis visitationibus de baccalaureis ad Supplicationes academiæ cogendis, mulcta imposita, actu Soluenda.

Die quarta decembris 1723 apud D. Dagoumer quinque Supplicaverunt ex his tres baccalaurei in Sacra facultate, sed duo tantum in licentia currentis. decretum ut admitterentur quidem Sed litteræ non traderentur nisi postquam interfuissent Supplicationibus academiæ. De justis persoluendis principi regio Philippo duci aurelianensium. nihil definitum.

Die ~~octava~~ 8ª Januarii 1724 apud D. Dagoumer. tres admissi fuere Supplices.
conclusum. orationem funebrem habendam ab Exrectore D. Gibert in aula exteriori Sorbonæ in laudem D. Demesme Protopræsidis eadem die indicendas precis omnibus collegiis et pædagogiis.

die lunæ 24 Januarii deliberatum est a deputatis academiæ de negotio academiæ Rhemensis. Lis M. guerin judicata est sed partes aduersæ aberant. de cereis distribuendis et Regi offerendis conclusum est.
die 31 Januarii 1724 adfuit decanus cum adjuncto Magistro Emmerez censore in collegio harcuriano excepturus litteras regias de exequiis Regii principis Philippi aurelianensium ducis hora nona matutina.
eadem die itum est gratulatum Curiarum principibus viris

die ~~martis~~ prima februarii 1724 itum est versalias gratulatum Regi.
die veneris 4ª feb. 1724 adfuit decanus cum Magistro Emmerez censore Sacro et Solemnibus exequiis Regii principis aurelianensium ducis In æde Deo Sacra Sub invocatione SS Dionysii et Sociorum.

die nona februarii 1724 adfuit decanus cum adjuncto Magistro Emmerez in aula Sorbonica cum Ampl. Rectore et deputatis academiæ auditurus orationem funebrem quam Claris exrector M Gibert habuit in laudem D Demesme.
die Sabbati 19 februarii 1724 arca reserata est in qua Sigillum academiæ custoditur apud Regiam Nauarram.
die Martii 4ª 1724 comitia habita Sunt apud Rectorem amplis. D. dagoumer.

die 10ª martii decanus cum adjuncto Magistro Emmerez censore adfuit cum deputatis academiæ ad audiendas rationes quæstoris academici.

die 14 martii apertus est rotulus apud Mathurinenses.

die Sabbati 1ª aprilis comitia habita Sunt apud amplis. Rectorem. quinque Supplices admissi Sunt et actum

de libello supplice Academiæ Rhemensis.

die veneris 7. aprilis in comitijs deputatorum academiæ, actum est de ritu de vestalias suscipiendo ad significandum Regi dolorem de morte Regiæ principillæ. item est undecima aprilis. de rebus librariorum et litis componendæ. sed frustra hoc.

die 27a martii reserata est arca in qua custoditur sigillum academiæ apud R. nau.

die 24 aprilis synodus academica apud mathurinenses habita est: in ea actum de beneficiariis academicis. tres supplices auditi. duo librarii qui ter vocati fuerant et non comparuerunt, exclusi sunt. de negotio academiæ Rhemensis quæ scripsit ad Rectorem e conclusionem missit de facultate Jurium quæ in ordine suo non appellavit qui capellam possideret.

die sabbati 6a maï ~~*~~ 1724 in comitiis quattuor supplices admissi sunt actum de capella a sacra facultate conferenda. lectus est libellus supplex pro Academia Rhemensi.

die mercurii 17a mai per accensum significavit decanus Jurium decano et antecessoribus ut appellarent capellanum in locum M. Joannis Legrand alioquin eorum locum et ordinem expletum judicatum iri.

die vigesima septima mai 1724 actum est inter deputatos de lite academiæ Rhemensis quæ versabatur in expectatione judicii.

idem die sabbati prima junii.

die Junii 8. 1724 de negotio Academiæ Rhemensis actum est. lectum quod reliquum erat libelli supplicis. sed proposuit Rector Am. ut libellus supplex fieret brevior quo exponeret academia ut intercessio admitteretur. postea proferret alium ampliorem.

idem die sabbati 1a Julii.

die Julii 4. 1724 deputati academiæ convenerunt in collegium bellovacum. supplex auditus est D lejeune mox processerunt ad collegium a sancto Michaële dictum. et post orationem in sacello, inquisitum ab amplissimo Rectore de rebus collegii. Primarius duoque bursarii responderunt. scriba academiæ chartis mandavit interrogata et responsa. obsignavit Rector et Primarius, bursarii.

die 18a Julii 1724 actum est de lite academiæ cum primario et bursariis collegii sanctæ barbaræ. de lite Academiæ Rhemensis. de librariis. conclusio facultatis Jurium manifesta data est super ordine quo procedere debet cum Rectore. queritur de multis in quibus ipsi insimulantur ab Academia.

die Julii 22a convenerunt deputati Academiæ in collegium Rhemense inde processum ad collegium hubantinum. lustratum est e instrumentum a scriba confectum. Magister l'hermite regens in Plessæo, postulavit locum librarii academiæ et obtinuit, fidemque dedit. lectum est instrumentum quo juristæ significaverant pridie, velle se ut decanus Jurium occuparet ldu am Rectoris in processione deputatorum. Rector Amplissimus dixit se accersitum a Regiorum sigillorum custode die veneris proxime elapsa et vehementer increpitum super negotio Acad. Rhemensis.

die 24 Julii 1724 admissus est D dufour Capellanus Savelianus nominatus a sacra facultate. non intercessi sed silui quia facultas saluberrima non censuit super partitione beneficiorum Academiæ concludendum.

die 3a augusti supplices multi admissi sunt. proposuit Rector iter ad Ser. principem ducem borbonium cum tribus adjunctis.

die 16 augusti recensuit Rector ampl. quæ fecit apud D. — Regiorum sigillorum custodem.

die 26 augusti actum est de vindre suscipiendo a D. Rectore et adjunctis tribus ad septem bellaqueum. de viduis librariorum quibus concederetur privilegium habendæ officinæ, de filiis præferendis ad locum patrum obtinendum et de tyronibus..

die Sexta Septembris itum est ad ædem Deo Sacram sub invocatione Sancti Jacobi in collegio Dominicanorum parentatum piis manibus M. Natalis Alexandre doctoris Paris. in sacra pagina.

die 4 oct. 1724 reserata est arca in qua custoditur sigillum academiæ.

die septima octobris nihil notatu dignum fuit præter manifestam benevolentiam omnium academiæ ordinum ergas facultatem saluberrimam, cuius causam suscipere libenter professi sunt deputati, consultis prius suis.

Res gestæ apud Chirurgos.

Die Mercurii 24 novembris 1723 tentatus est primo examine Saint germain Magistri filius. coram decano et duobus doctoribus.

die Sabbati 27ª novembris 1723 examine primo tentatus est Poltær coram decano et duobus doctoribus.

die mercurii 15 decem. gregoire examine primo tentatus est coram decano et duobus doctoribus mag. filius est.

die mercurii 22 dec. verdier in actu tentativæ probatus est coram decano et duobus doctoribus.

die merc. 29 dec. 1723 Subery ultimo examine tentatus est coram decano et duobus doctoribus.

die martis 4 Januarii 1724 boudet interrogatus est in actu tentativæ coram decano et duobus doctoribus.

die merc 5. Januarii fromenti magistri filius admissus est inter magistros coram decano et duobus doctoribus.

die lunæ 31 Jan: 1724 verdier probatus est examine primo coram decano et duobus doctoribus.

die mercurii 9ª feb. 1724 tentatus est primo examine Jon du domaine. coram decano et duobus doctoribus.

die mercurii 23 feb. 1724 tentatus est primo examine Boudet coram decano et professoribus.

die mercurii 15 martii cooptatus est inter Chirurgos Simon. coram decano et duobus doctoribus

die Sabbati 15 aprilis 1724 cooptatus est inter Chirurgos Marlotan coram decano et duobus doctoribus.

die Jovis 20 aprilis 1724 auditus est Engerrand Mag. filius in actu tentativæ coram decano et duobus doctoribus.

die martis 25 aprilis 1724 gervais Mag. filius ~~tentatus est~~ respondit in actu tentativæ coram decano et duobus doctoribus.

die Jovis 27 aprilis 1724 respondit Chapillon Mag filius in actu tentativæ coram decano et duobus doctoribus.

